

Johann Simonius

Joannis Simonii Megapolitanorum

Fasciculus IV., Pars I.

Rostochii: Typis Reusnerianis, 1609

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73050154X>

Band (Druck) Freier  Zugang



Ms. A. 404.

Joannis Simonii²
MEGAPOLITA-
NORUM

Fasciculus I
ejusque

Pars I.

Ex
Bibliotheca
Academica
Rostochensis



ROSTOCHII
Typis Reusnerianis Anno 1609.



Magnificis Viris,
*Generis claritate, stemmatis antiquitate,
virtutumq; splendore nobilibus,*

Dn. CVN - WOLFFRATH
BASSEVITZ in Maslow/

Dn. IOANNI HAN, in
Basdow /

Dn. HENNINGO REVENT-
LOU, in Zisendorff & Kesz/

Dn. ABRAHAMO WIN-
TERFELDT in Gorkendorff/

Dn. BERNHARDO LVB-
BERSTORFF, in Lübbestorff/

Dn. GERHARDO MOLT-
KEN, in Newenkirchen & Tuzen.

*dominis hereditariis,
Equitibus Megapolitanis,
Ducatusq; ejusdem*

Consiliariis Provincialibus,

Dominiis meis debita cum observantiâ colendis.

S. D.

Semper omnibus seculis, Magnifici &
S nobilissimi Domini, principes in
Republ. viri Academiae coluerunt & in
& Libris *summa*
Jerd. Kammerer, Dr.

summo pretio habuerunt. Sunt enim curæ
illa & cogitationes præclara, magnis inge-
niis digna, æternaq; cum gloria conjunctæ:
pietatem præcipuè colere; excubare animo
pro salute ac dignitate disciplinarum inge-
nuarum; beneficentiam sine spe præmij ex-
ercere; nihil omninò facere, nihil cogitare,
in quo statim decus non eluceat. Quæ omnia
cum in Scholis & Academiis doceantur at-
que excolantur: cumq; ex iisdem, tanquam
ex felicissimo quodam seminario, totius hu-
manæ vitæ beatitas, præsidium & orna-
mentum in omnes ferè orbis partes deriva-
ta propagentur: non potuerunt non corda-
ri Reges & Principes omni cogitatione in
eam curam incumbere, ut hujusmodi officinas
ac Athenæa passim excitarent & con-
stituerent, amplissimisq; proventibus dota-
rent. In quo ipso & pietatem suam professi
sunt, & quanti hæc paucis & tenebris æstimarent,
opere atq; facto demonstrarunt. Ac profe-
ctò, quanta sit quamq; laudabilis Academi-
arum institutio & conservatio, quantumq;
ea res ad propagandam Evangelij doctri-
nam, ut de hac loquamur, momenti con-
ferat: factum unius Iuliani Apostatæ

satis superq̄ declarat. hic enim cum videret sanguinem sanctorum esse fecundum, neq̄ posse ulla vi aut tyrannide Christianos opprimi: scholas iis sustulit, addens hanc terram vocem: se alas incisurum Christianis, quò minus deinceps volare possent. Quare adhuc apud omnes Bonos malè audit: estq̄ execranda ejus & nefaria impietas omnibus honestis hominibus exosa & inuisa, quæ in omnibus Academiarum & scholarum Archeis vapulat, vapulabitq̄, dum Musæ orunt & docti. Ipse verò homo consceleratissimus Iulianus, qui sibi splendorem ex scholarum ruinis, non secus atq̄ Herosttratus incendiarius ex templi Dianæ Ephesini conflagratione immortalitatem, querebat: morte tragica & infelicissima perijt, ac juxta consolationem, omnibus Iulianis in versu Virgilij propositam:

Vitaq; cum gemitu fugit indignata sub umbras;
extinctus occidit. quod fieri his, qui artibus honestis infensi sunt, ipsis Ethnicis non fuit ignotum: cujus quidem rei documentum illi nobis reliquerunt in Rege Thraciæ Pireneo: quem scribunt, devastata Phocensium regione, fallaci veneratum numina cultu,

cultu, seu sub specie pietatis, vim Musis
attulisse, hoc est, domicilia litterarum ever-
tisse, & professores earum profligasse: Sed
Musas sumtis alis, h. e. divino præsidio,
quo litterarum studia mirabiliter
conservantur, aufugisse. cumq; Pireneus
hac immanitate nondum exsatiatus, fugi-
entes etiam persequeretur, eum de sublimi
loco decidisse præcipitem, & discusso capite
interiisse.

Vt autem vastatores Ecclesiarum &
scholarum nunquam non infeliciter ege-
runt: sic omni laude cumulati floruerunt,
qui Ecclesiarum & Academiarum Nutri-
tj fuerunt: ydemq; florent & florebunt, atq;
tantisper memoria nominis ipsorum invio-
lata conservabitur, quamdiu erunt, qui vel
litteras norunt, vel scientias & bonas ar-
tes discunt.

Itaq; & Illustrissimorum Ducum
Megapolitanorum, qui hanc Acade-
miam Megapolitanam, cujus hæc urbs hospi-
tium est, primi fundarunt, quiq; deinceps
eam auxerunt & conservarunt, & omni
clementia dum prosequuntur; laus nun-
quam conticescet, verum vigebit seculis

A 3 inu-

innumerabilibus. Sed & nunquam ob-
liviscetur hæc Academia beneficiorum, quæ
cum à tota generosa nobilitate, tum ab iis,
qui ex hac delecti, oneris administrationis
participes facti, hunc Ducatum consilio suo
hactenus gubernarunt; in se profecta sum-
mâ cum benevolentia, & officiorum depræ-
dicatione agnoscit. semper enim hi clarissi-
mi ex tota nobilitate delecti viri id operam
dederunt, ut huic Academiæ benè esset: quos
inter Theodorum Malzanium hono-
ris causa nomino: cujus vocem pro hac A-
cademia masculam cum gratissima merito-
rum & virtutis ipsius commemoratione
cum Academia sæpissimè recorderetur, mo-
non meminisse, turpe foret.

In hanc Majorum laudem, viri gene-
ris virtutumq; splendore illustres,
cum successeritis; atq; hoc ipso partem ali-
quam curæ pro hac Academia; quæ & ipsa,
ut omnium bonorum Reipubl. tutela, vestra
est; quæq; celeberrimi hujus Ducatus or-
namentum non exiguum est, suscepitis;
patimini, quaeso, quæ vestra est generosa &
nunquam satis laudanda æquanimitas, ut
hic meus fasciculus sub vestro incluti nomi-
nis

nis auspicio lucem videat. Quamvis enim
nullam sui commodi jacturam facturum fu-
isset orbis hic Balthicus, si meus hic labor
amasset claves & grata sigilla pud-
co, ut Flacci verbis utar: tamen, cum hac
qualicunq; mea opera mihi propositum esset,
non ut auram senatus populiq; Poetici ali-
quam affectem, sed quoddam quasi specimen
ederem, ejus, qui & ipse ex Academiarum
rosotis decerpendus est, fructus, quemq;
Plato in Phædro vocat κεραιομορῶν λέξαν
& πᾶσι θεῶν τε & ἀνθρώπων, h. e. Deo & ho-
minibus honestis grata tùm facere tùm di-
cere: Spes me fovēbat pulcherrima fore, ut
& doctis, in Academiis versantibus, quos
hoc Venusini oraculum non latet,

— — — mediocribus esse poetis,

Non di, non homines, non concessere columnæ;
minus culpandus videar: nec vobis, Viri
generis virtutumq; splendore insignes, hoc
meum studium improbaretur: cum ex eo, &
vestrum splendidissimum nomen à nobis coli
& observari: & quis in hac Academia in-
ter cæteros, qui à CL. meis collegis ad pie-
tatem & jus & medicinam & disciplinas li-
berales, ad omnem honestatem excolendum,

certa-

certatim conferuntur, labores; mihi quoque
animus sit, benignè vos intellecturos, confi-
derem. idque ut faciatis, maximo opere rogo
& contendo. Deus Opt. Max. vos Viri
generis virtutisque splendore illustres, in Pa-
triæ commoda quam diutissime salvos atque
florentes conservet. Rostochio 3. Ian.
1609. quem annum Ecclesiæ Reipubl. Aca-
demie, vestrisque familiis splendidissimis
felicissimum precor.

Vestr. Gener. Nob. dd.

Ioannes Simonius, Oratoris in A-
cad. Megapolitana, quæ est Rosto-
chii, P. P.





Rosælaurus.

NATALIS ACA-
DEMIAE ROSTOCHIANÆ.



Alve fausta dies, Cresso signando lapillo,
Pierijs roseam qua Balthen fascibus auctam
Varniadasq̄, facis voltare per ora virorum
Musas, & prima decorasti Pallade Varnum:

Salve fausta dies, Cresso signanda lapillo!

Est locus acclivis, stellis Erymanibidos urse
Suppositus, bifido Varni circumdatus alvæ,
Quâ Varnum Balthe crispantibus accipit ulnis.
Purpurei colles, fragans & suave rosetum:
Pomone dixes hortos, aut Thessala Tempe.
Annua, non isthinc aberat rosa, gloria terra:
Nigraq̄, non aberat Myrtus, non Rosmaris isthinc:
Non frondens folijs buxus, fragilesq̄, myrica:
Non viola, non Narcissus, non lutea caltha,
Non herba svaves, non lilia, sola Roseto
Sola aberat Laurus, Sminthei munera Vatis.
Fortè per Arctos agros spaciatus Apollo
Viderat hunc: atq̄, arbor abest mea, dixit Apollo.
Laure dees, dixit, nec deëris Laure roseto.
Non obtusa aded producit pectora tellus
Vandala: nec, Martis quia cultrix, odit & Artem.

A

Quis

Quis genus Heruleum nescit, quis Vandala nescit
 Virtutesq; virosq; & Prisca nomina gentis?
 Quis Burveniada Phœbeos nesciat ignes?
 Sequanidum & mitram? quis sanguine nescit eodem
 Magnum de magno prognatum Patre Ioannem,
 Albertumq; Ducem, Sueonum sceptrum alta gerentem?
 Hos tibi cultores quoq; ad extrema litora Varni,
 Laure, dabo primos. per eos haud ultima Varni
 Pars fueris: Lauroq; rosa, laurusq; roseto
 Permixta suaves longè fundetis odores.
 Dixerat. ac dictis vires & numen Apollo
 Addidit. Heroës confestim Alber us ad Arcton,
 Atq; Oborviteus Ianus; pia vate ciente
 Pectora, conveniunt. omnis stat cura roseto
 In roseo Ducibus, Laurum est accire lubidó.
 Est mons, Aetæis ubi Phocida. separat arvis
 Aon; laurigero fatu, geminoq; superbus
 Vertice, Parnassus, fama super aethera notus,
 Inde Palatinam viridanti termitæ frondem
 Decerptam Heroës sub Balthica litora Varni
 Deducunt. nil longa via fastidia tanta,
 Nil Hyades tenuère illos, nil æstus & ardor.
 Salve fausta dies, Cresso signando lapillo!
 Et jam quingentos ter Sol exegerat annos
 Virginis à partu, lustris tamen inde quaternis
 Sublatis quater, ac, rapidus quot Apollo, diebus,
 Digressus libra, bis sex per signa meando
 Absolvit cursum, punctumq; subintrat eundem:
 Iamq; Idus aderant, tepidi lux fausta Novembris:
 Herulei intonsam formoso quando roseto

Important sylvam. Rosco vernabat in horto
 (Vera loquor) rosa. ei; medio de vertice quâ se
 Protrudit flos, & tenera lanugine quini
 Distinguant fratres; Phœbea ex arbore germen
 Includunt, udōq; docent inolescere libro.
 Addant se socios operi, veneranda penes quos
 Punicei stabat cura & custodia collis.
 Illi conjungant animos, mentemq; benignam
 In Laurum exercent, cultoresq; undiq; fidos
 Doctosq; accersunt. Stat Daphne, & munere tanto
 Felix, lata venit factura nepotibus umbram.
 Lata venit Daphne: nec longum tempus, & ingens
 Exijt ad cælum ramis felicibus arbor.
 Insolitos jam miratur Rosa Balthica ramos,
 Nonq; suas baccas, & tantum frondis honorem.
 Salve fausta dies, Cresso signanda lapillo!

Sape illam venit luctantes, Africus, Eurus
 Et Notus egerunt, hinc atq; hinc impete vasto,
 Et turpare comas ausi baccasq; sacratas.
 At DEVS hanc texit, contraq; est nisa tot hostes
 Incolumis Daphne, ac aeternum fronde virente
 Servavit decus, & servat, servatq; deinceps.
 Salve fausta dies Cresso signanda lapillo!

Quis mihi cultores Lauri, quis pectora dices
 Docta, quibus Daphnes cura est commissa fidelis?
 Longa mora, & magnus rerum hic mihi nascitur ordo.
 Non antiqua tamen sequar, atq; ab origine prima
 Culteres repetam: quorum osibus ipsus arena
 Particulam dabo, dummodò non Polymœnia nostrum

4
Particulam dabo, dummodò non Polymnèia nostrum
Despiciat calamum. nunc proxima litora navis
Nostra leget. Quis te Bureni nescit, ocellum
Laureti? quis Brucaum? Paulliq, Simonem?
Quis Battum? quis te, quo non studiosior aliter
Laurigeri fœtus, Posseli, nesciat, aut te
Kirchovi? presso, dum vos pia fata sinebant,
Exercere solum Daphnes sub vomere gnavos.
Nunc vos urna tegunt: & parva munera terra.
Terra tegit corpus, sed toto gloria mundo
Conspicua est, nec eam tegit urna, nec umbra, nec unda.
Salve fausta dies, Cresso signanda lapillo!

Vos ego, vos quibus est Lauretum cura, hodierni
Cultores, qua laude veham, quo carmine dicam?
Area cuiq, sua est, statio est sua cuiq, locata,
Quam colit assiduâ culturâ quisq, decerner.
Pars, sitiens validos ubi Sirius aggravat ignes,
Aonium aspergit lignum, bibulaq, recurvas
Radici fibras cœlestibus irrigat undis.
Pars, vis agrestum ne polluat ulla rosetum,
Invigilat, vim non ferro, sed jure propulsans.
At Cossi, Bruchive acris postquam ingruit ictus,
Aut varia subeunt pestes populantiq, tenellam
Stirpem, triste malum doctâ pars eijcit arte.
Sin fucus, tabanusve furens crabrove malignus
Irruat in Daphnen, furibundis, Gorgonis ora
Obtendunt alij, atq, rose iurantur alumnam.
Salve fausta dies! Cresso precor usq, lapillo,
Christo damie, rosælauto signanda recurrit.

Sic

9

Sic tibi de pateris qui vini munera fundant
Non deerunt : tibi nec deerunt mea dona Corollæ.

ORATIO

de

Illustrissimo Principe ac Domino , Domino

G O T H A R D O

in Livonia

Curlandiæ & Semigalliæ Duce;

P. P. P.

Res est grata Deo, præstantia facta virorum
Dicere, & augustos augustum ferre per orbem
Heroes, quos ipse Deus, Deus ille Regentum,
In terris jubet esse DEOS, Iovsq; ministros.
Qualis erat donumq; Dei, splendorq; virorum,
Primus Curonum tenuit qui sceptrâ, GOTHARDUS.
Quem pietate virum præstantem, martia seu res,
Sive foret pacis tractandum nobile munus,
Dum versu graviore cano: gens sera nepotum
Audiat, & dignos virtute agnoscat honores.
Haud equidem sperem tantorum carmen in unum
Factorum cumulos advolvere. Pelion Ossæ.
Ante superposuisse velim, quodcunq; relinquam,
Majus erit. causas, mutataq; sceptrâ Livonum,
Summaq; virtutum dicam momenta GOTHARDI.
CHRISTE, DEI verbum, DEUS optime maxime, fasces
Qui das ac auferis, mihi tanta negotia rerum

A 3

Adfis

Adsis tractanti, atq; audacibus annue ceptis.

Postquam Livonum pacatam affligere gentem

Est visum superis, animosq; cieere remissos:

Quantas, REX dixit, cœli qui temperat orbes,

Quantas, LIVO, mihi multo pro crimine pœnas

Debes, exitium dirum, clademq; nefandam!

Namq; superba quies, & amor, nocturnaq; bella,

Magnificaq; dapes & plena pocula mensæ,

Contemptusq; mei pridem me, juro, fatigant.

Sum Deus exorsor scelerum, scelerumq; tremendus

Vindex. n̄ faciam, terras cœlumq; profundum

Impia gens rapiat secum, verratq; per auras.

Sed tamen & miis, medioq; furore benignus

Sum Deus, & juges irarum nescio flammæ;

Si modò, quæ percussa meo sit fulmine, tellus

Conversos gerat atrito sub pectore motus.

Te quoq; vel medijs irarum fluctibus ore

Aspiciam placido. Surget gens inclyta murdo

Hesperio, per me tantarum, crede, levamen,

Et requies cladum, Gottardus; quem mea legit

Cura sibi; cui committam Curlandica sceptræ,

Juraq; & intacta thesaurum religionis.

Hic feret adversos fidentia pectora in hostes,

Consiliog; arctos Livonas reg; juvabit.

Ipsum præstabo tutum, mea proteget ipsum

Dextera. non rapida Scythico furia axe ruentes

Ipsum (vivo) petent, nec quæ reges arva GOThardus;

Quæ mihi selecta est per natum vinea, verbo

Quam savi, verbog; colam, dextræq; tuebor.

Dixerat.

Dixerat. extemplo Scythico fera prodijt antro
 Bellua, BASILIDES, varias cum sanguine mortes,
 Et flammam spirans, & dirum fulgur ab ore.
 Nulla mora est, subito Livonum rura petebat,
 Nil nisi dira efflans ex sevo pectore bella.
 Non sic aggeribus ruptis è gurgite præcepit
 Albis per segetes irato flumine fertur.
 Ac velut incautum quoties cum fulgure sedus
 Occupat agricolam nimbus, ruit arduus ather,
 Et pluvia ingenti sata leta bouumq; labores
 Funditus evellit. sternuntur fulmine quercus:
 Sic timor ille hominum Livonum in castra ruebat.

Quis stragem illius cladis, quis funera dicet?
 Turrigeras ut Basilides contriverit arces,
 Ære vomens ignes, & ferrea spicula, glandes?
 Aut, ut is infando castissima corpora stupro
 Polluerit, natasq; pias cum matribus (eheu!)
 Cumq; viris juvenes ferro dividerit unco?
 Quos non luminibus captos, nasoq; resecto
 Neptuni gelidis vivos submersit in undis?
 Quosdam Vulcano vinoq; cremavit adusto:
 Nonnullos veribus fixos (immane) columnis
 Assavit, donec vitrea per corpora bulla
 Pròdirent, sale quas flagris & verberare casas
 Exagitavit atrox osor pietatis & aequi.

Et jam ingens regnum ruere alto à culmine cepit,
 Cum subito proceres cotunt: sedet ipse Magister
 Et regni præses solio subnixus in alto.
 Et, socij, qua sit rerum fortuna videbis:

A 4

Hoflis

Hofis habet fines Moschus, Calydonius, inquit,
 Sus, nec me dulcem patriam civesq², tueri
 Permittunt anni, ac bello desueta senectus.
 Spes sibi quisq² sua est. juvenem præstantibus ausis,
 Illustri KETLerorum de stirpe, GOThardum,
 Rectorem his dubijs ego rebus nuncupo; cujus
 Intemerata fides collapsam restituet rem.

Tu modò, tu patriæ miserere, GOTharde, ruinae,
 Quæ tibi commendat sacros moribunda penates,
 (Aspice) & hos fascès; nee plura effatus. at illum
 Ingenti excipiunt plausu, regemq², salutant
 Magnates cuncti. Sic, cum res Persica fato
 In pejus rueret, Darium, numine lectum,
 Excipiunt proceres regni in solioq², reponunt.

At gravis excipiunt & cura dolorq², GOThardum,
 Hinc pietas, pressoq², fides jam debita regno,
 Illinc tot facies patriæ, & discrimina rerum,
 In diversa trahunt. vicit tamen ardor in omnes
 Consortes regni, miserosq², levare cupido.
 Ergò armis contra ire parat, Scythicumq², Leonem
 Infandè est animus Livonum avertere prædæ.
 Continùò fortes juvat illum armare maniplos,
 Germanumq², equitem latè diffundere campis.
 Pars urbes firment mandat, turresq², capeffant:
 Cætera Basilidi secum manus inferat arma.
 Ilicet in bellum toto discurritur orbe.
 Disjectos alij vallos & saxa reponunt:
 Aut muros cingunt custode, aut ære coronant
 Ignivomo. videas flammantia nectere ferra
 Matronas puerosq², vocat labor ultimus omnes. Ipse

Ipse Deum tacito Reſtor ſub corde precatur,
 Et mœſtos alto gemitus ſic pectore fundit:
 Armipotens, cœli præſes, mea ſola poteſtas,
 Frange manu Scythici telum prædonis, & ipſum
 Pronum ſterne ſolo, regnoq; effunde ſub alto.
 Mittitur & magnam ad Germani Caſaris aulam,
 Teutonicaq; domus torquet qui frœna, Magiſtrum;
 Qui petat auxilium, & Livum conſiſtere in arvis
 Meſech, & ferro regem ſe dicere poſci
 Edoceat. quam ſi Furiam fortuna ſequatur,
 Quid ſtruat his cupidè capis; maniſteſtus ipſis,
 Quàm preſſo Livo, aut Livum apparere Magiſtro.

Proruit interea certatim in prælia Moſchus,
 Savaq; per totos edebat funera campos.
 Inſtabant contrà Livones pectora in hoſtem,
 Compreſſos dentes & morſa labella ferentes.
 Inſtabant denſi, tantoq; in turbine, contra
 Lethiferos Moſchi rictus, contraq; Leonem,
 Tygribus Hircanis altum, valida arma movebant.
 Inſtabant. ſed quæ rerum prudentia, fatum
 Eſt ſuperare potis, poenasq; avertere divum?
 Nempe ubi regnorum, dederat quos Iova, peracti
 Cancelli, & ſpaciũ decurſum eſt; ilicet ingens
 Concidit imperium, mutatq; volubile formam.

Hæc cernens media concluſus morte GOTHardus,
 Qui ſuperant proceres (nam te Fuſtbergie nuper
 Proditio, ac auri abſtulerant veſana cupido:
 Viq; alios inimica ſurens: pars, turgida fulvo
 Ære domum, ac ſpolijs, tulerat veſtigia retrò)

A r

Qui

Qui superant proceres alta intra limina cogite:
 Et paucis fronte haud lata: jam corpore regni
 Certatum est toto. quàm nunc angusta, videris,
 Res, & Teutonicis, sit spes, quam habuistis in armis;
 Quis Moschi furor, atq; novi quæ maxima Regis
 Machina sit, quidq; insidos patiamur amicos
 Inter; ea ante oculos penitus stant cognita vestros.
 Me quoq; fata vocant, patriasq; revisere sedes
 Stat fixa menti sententia, dummodò vobis
 Videro prospectum, quos, Mars super esse reliquit.
 Consulite in medium: quem pacta veterrima pridem
 Nostra in rura vocant, vicinus in arva vocandus
 Ante SIGISMUNDUS Rex sit, quàm barbara latè
 Compleat imperio gens cuncta, & compede cingat
 Reliquias, faciatq; orbis ludibria victos?
 Hactenus. at proceres turbantur imagine rerum
 Tam variâ. inprimis dolor ipsos acris habebat,
 Privatum fore Gottardo patriamq; penatesq;
 Et fato optabant contraria fata reponi.
 Spem tamen ostendunt vultu, & quod resq; locusq;
 Poscebant, illis melior sententia visa est,
 Augustos fasces & sceptrâ subire prius, quàm
 Digna indigna pati, aut Moschum perferre superbum.
 Quisquis enim insidis subdit sua colla Tyrannis,
 Libertate licet veniat comitatus opima,
 Mancipium tamen efficitur, servusq; Tyranni.
 Ergò oratores prima de gente Livonos
 Ite placet, qui dicta ferant & fœdera firment,
 Munera portantes sellam trabeamq; Magistri,

Et

Et regni claves, atq; ordinis ampla sigilla.

Iamq; adevat promissa dies, cum Rector Olympi
Vultu, quo cælum tempestatesq; serenat,
Aspice et Livos, cuperetq; adducere finem
Ipse ma'is, populumq; sibi, quem maximus inter
Fova, etiam Scythica rabie & sub fluctibus, esset,
Eligeret. mox aligerum demittit ab alto,
Ut mens, utq; animus pateant & jura Poloni
Livono, ne Rex fatorum nescius ipsum
Accessu arceret. volat ille per aëra magnum
Remigio alarum, ac VILna citus astitit oris.
Et jam jussa facit, ponuntq; superba Poloni
Corda, volente Deo: imprimis Rex ipse quietum
Accipit in Gottardum animum mentemq; benignam.

Nunc, age, magnarum memoras quæ tempora rerum,
Pande Eraso, quid Legati quid Regis ab aula
Sarmatia qui Rex præstantibus imperat arvis,
Retulerint, & regna refer mutata Livonum.

Sarmatico postquam Legati ex orbe remissi
In patriam redeunt læti felicibus orsis:
Offendunt proceres re summa forte coactos;
Nec mora, concilium subeunt: percussa q; mens est
Magnatum, ac permixta metu spes pectora cepit.
Ut primum sedati animi, composta q; corda,
Ore potens primus Cyneas sic farier insit:
Vidimus, o proceres, SIGEMundum & Vilnica castra,
Atq; iter emensi casus superavimus omnes,
Contigimusq; manum, quâ maxima sceptrâ capebit
Sarmatia. mox ut coram data copia fandi,

Munera

Munera praeferrimus, gentem causamq̄ docemus.
 At pius Augustus Livones undiq̄, pressos,
 Destituitq̄, Aquila Romana viribus ultro;
 Audito, rabiemq̄, Mesech, fraudesq̄, Tyranni;
 Nunc, ait, afflictus quam non succurrere vellem,
 Antè Fides, & prius pudor temerata jaceres.
 Nuncius hæc Cyneas genti mea dicta Livone
 Non dolitura refer: quæ regno res bene vertat
 Nostro, noster erit populus, regniq̄, vasallus.
 Est antiquus ager, Dⁿⁱ Inæ conterminus ipsi,
 In Balihen longus, fines super usq̄, Rigenses,
 SEMgalli CVResq̄, serunt, & vomere lætas
 Exercent segetes, harumq̄, palustria vascunt:
 Hæc omnis regio & viridis querceta GRObini
 Cedant GOTtardo; titulum cui & juris easdem
 Cum Duce, PRussiacas qui temperat inclitus oras,
 Constituo leges, quis gaudeat atq̄, fruatur
 Cum natis natorum, & qui nascentur ab illis.
 Cætera, quæ est ultra Dⁿⁱ Inam, omnis terra Livonum,
 Sarmatie cedat, nec nostra Livonibus arma,
 Nec vires deerunt, nec mens comescere Moschum.
 Sed quæ fama meas nuper percelluit aures?
 Gottardum quod fata vocent, patriasq̄, redire
 Ad sedes jubeant? Patria est hæc, crede, GOTtharde,
 Hæc sedes, virtute tua meritisq̄, Gotharde,
 Quam meritis, tanto bis dignus honore locoq̄.
 Ut procul, claros auro qui vendere fasces
 Audetis, tantosq̄, auro sceleratis honores.
 Virius mi præcium summum est. hæc arte paravi
Regna,

Regna, Magistratus fas est. sic aurea quondam
 Secula, non fastum, veteresq; per atria ceras,
 Sed probitate viros spectatos regna jubebant
 Scandere, & emeritos volvere capessere fascies.
 BVllingus mihi testis erit, testisq; PYAstus;
 Ut taceam Ninus, sigulumq; Agathoclea, & imo
 Mauritius qui Cappadocum de germine germen,
 Innumerosq; alios, quos sordida gentis origo
 Non potuit trabea prohibere: imò incluta virtus
 Extulit Ausonios ad sceptrum potentia fascies.
 Et responsa simul quæ sunt SIGemundica: quæq;
 Audistis, stet fixa pio sententia Regi.

Vix ea legati, lætusq; per ora cucurrit
 Magnatum percussa fremor, teu spiritus aure
 Quum dulcis liquidos fontes prope consita molli
 Fineta exagitat strepitu: fit murmur opacum,
 Atq; cavæ folijs resonant crepitantibus undæ.
 Continud libantq; Iovæ, legemq; celebrant,
 GOTtardoq; Duci frondenti tempora ramo
 Innectunt, vitamq; Duci patriaq; precanitur
 Incrementa sub hoc Gottardo, ac aëra magno
 Lætitie plausu complent, precibusq; fatigant.

At Dux GOTtardus sub pectore plurima volvens
 Nec fatum revocare potens; mentemq; J E H O V Æ
 Agnosci gratus, tantoq; auctore rogantes
 Induitur fascies; partesq; intentus in omnes,
 Nosse Deum, atq; suos rectè novisse laborat.
 Explosis igitur, veterum mendacia vatum
 Quos fecere, Djs, præter quem nullus ubiq;

Est Deus, immensi Deus & qui factor Olympi,
 Et Pater unigena: qui seu quod terra fretumq;
 Seu quod habent aedes supera, totum omne gubernat;
 Quiq; sibi verbo & divini flaminis aura
 Conscribit cœtum, spretum ac ignobile vulgus;
 Hoc numen, cultumq; ejus verbumq; Gothardus
 Intrepido colit ipse animo, intrepideq; fatetur.
 Vnde Fides ipsum, virtutum mater, & arctis
 In rebus spes, & fortis patientia nunquam
 Destituit, mentemq; animumq; fovente JEHOVA.
 Quippe ubi, quæ verbum credentibus optima spondet,
 Non subitus probet eventus: mox victa procellis
 Attrepidat ratio. nuga sunt numen, & omne
 Religionis opus. quin cœlum incessere dictis
 Non dubitat, cœcoq; putat res turbine ferri
 Pompejus nostras. sic nostrum hoc vivitur ævum,
 Virtutis grumos, vitiorum ubi cernimus Alpes;
 Sic fertur ratio, ut primum pro luce tenebras
 Admisit, verbumq; oculis malesana removit.
 At quem sancta Fides, spes, & patientia firmant,
 Ille, licet nutent magni fundamina Mundi,
 Speq; fideq; tamen se contra fortiter infert,
 Ac tandem, elapsis spacijs & tempore justo,
 Pollentis pondus sentiscit inesse JEHOVÆ.
 Regius hac vates sese exercere palestra
 Est solitus, qui cum populi Rex dictus Ebrei,
 Quot furias inter jactatus in equore vitæ
 Fertur, ceu puppis superata furentibus Austris?
 Nec tamen impatiens sorte remvè incusat acerbum

Vel fremit, inq̄, hostes & verba minacia demens
 In Jovam fundit: sed carmine letus amaras
 Solatur curas. ergo optimus excipit illum
 Eventus, tandemq̄, manent jam debita regna.
 Sic Dux ille pius Gottardus, mille petrus
 Eumenidum infestis iurbis; quis brachia centum
 Nec Briarëus satis esse queant; cuncta aspera solus
 Pertulit, adversis rerum immerfabilis undis,
 Verbo animante ipsum, quo fretus, semper in ore
 Has habuit voces: mea mens age rüce curas,
 Quas geris, in Dominum: verax, fidusq̄, JEHova
 Te sustentabit; non ille hinc inde procellis
 Æternis justum paritur quassariet unquam.
 Fluctivagis licet hospitium neget unda carinis,
 Undis terra, aut hanc mare fluctibus obruat ingens,
 Infestusq̄, tonet fumantibus ignibus aer,
 Atq̄, ruina poli flammantes misceat orbis:
 Magna tamen IOVÆ bonitas non rebus in arctis
 Destinet, luctuq̄, pios submerget acerbis.
 Cujus vim dextra non intima tartara lethi
 Condere fumifera nocti, nec frangere possunt.
 At hoc quod perimit, quodq̄, obruit omnia, tempus,
 Quanta potest? immo est exemptum tempore numen,
 Nec quod agit neçti potis est, adamantina quamvis
 Vincula quis intendat, rumpentur vincula tandem,
 Debitaq̄, optato potientur limite fata.
 Hos gemitus crebrâ repetebat mente GOTHardus,
 Sive ipsum indomiti terrerent inde furores
 Moschi, seu rerum hinc morderet publica cura,

AUB

Aut Hyponactæas meditata calumnia laudes.

*Hinc pius ille pater patria digressus in omnem,
 Quam tenuit, terram, divinos undiq; cultus
 Instituit, puri FOæ præconia verbi,
 Divinasq; dapes, instructas sanguine Christi.
 Nempe p̄ hęc est cura Ducis, labor unicus hic est,
 Regni aditus referare omnes & pandere portas,
 Armorum ille DEus, decoris Rex summus, ut intret.
 Hactenus agrestes præcone arisq; carentes
 Vivere securi Fidei, morumq; Deiq;.
 Pars quoq; cornigeris referebant munera Faunis,
 Casaq; nocturnos placabat victima manes.
 Viva Dei quorum patulas non venit ad aures
 Vox verbi, quo namq; modo vel credere FOAM,
 Aut vitam poterunt Christo formare placentem?
 Ergo Gottardus sacras passim excitat ades,
 Templaq; ruricolis, omnem veneranda per agrum
 Disponit, gratamq; Dei protendere famam
 Dum parat, impensis haud parcat. jamq; ferarum
 Scrupea qua sedes fuerat, cluet ara tonantis,
 Proq; urfi fremitu, laudes vocemq; IEhovæ
 Ingeminat. resonant sylva, passimq; per agros
 Eduntur benefacta Dei, benefactaq; Christi.
 Cedite, quis avidus fines protendere vestras
 Spiritus est, regniq; fames Libyamvè remotis
 Gadibus associare jubet, geminosvè sub unum
 Cogere servitium Pœnos. latissima fundi
 Extendit spacia ille sui, quicumq; FEHOvæ
 Promovet imperium, cœlestia dogmata verbi.*

Principis

Principis hoc opus est, hac maxima functio regni,
 Id pugnare, Dei quo in terris gloria constet
 Incolumis: nec jam regnum, sed perfidus ille
 Grande latrocinium exercet, quicumq; secures
 Sic gerit, ut ladat pietatem turpibus ausis.

Rara avis in terris, alboq; simillima corvo
 Plutus; quem probitas decorant moderataq; vir:us.
 Est, illum terris cœcum qui condat avaris,
 Indulgens sibi dirus hydrops. lasciva protervos
 Re Venus exhauyit multos. quid pluribus? aurâ
 Luxum & stultitiam patiuntur pondera nostri.
 Sensus erat Gottardo alius, non ille tenebris
 Abdidit argentum, nec inanes misit in usus.
 Partem his magnificè, qui dia statuta docerent,
 Impendit, partem capiebant obsita pannis
 Gens, & dira domo quos vis eiecerat hostis.
 Quot visi patriâ amissâ, laribusq; vagari,
 Cumq; suis natis errare & conjugè mœsta,
 Quos pia cura Ducis laribusq; focusq; recepit,
 Atq; suâ miseros ultrò bonitate levavit?

Quid memorem, quibus ille modis, quâ civibus arte
 Jus dederit legesq; suis? præponere rectum
 Vtilibus studiosus erat; legumq; suarum
 Atq; Dei vigil exactor. mentemq; verendâ
 Astræâ comtam generoso in corde gerebat.
 Vnde pios equâ nunquam non lance fovebat;
 Quosq; orbos mors reddiderat damnosa parentibus,
 Quæq; maritorum plangebant funera matres:
 Supplicijsq; horum placidas dabat optimus aures.

B

Turpia

Turpia mortiferis commissa piacula nevis
 Ense rescindebat celeri : facilisq; bonusq;
 In pœnis, nisi justitiam clementia fedè
 Laderet, ac blando mutaret crimine nomen.
 Curia te quoties dictantem jura GOTharde
 Conspexit, mixtos lenes mirata rigori
 Motus! hâc petitur cœlum, hac virtute magistra,
 Immortale decus! Germanos ut micat inter
 Primos, VLRicus nostris tutela Camœnis,
 Heruleis Dux VLRICVS qui præsidet arvis.

Atq; gubernandi dum tanta negotia Princeps
 Sustinet, ac sanctas pietatis suscitât aras,
 Et cives armis tutatur, moribus ornat,
 Legibus emendat: tantis adjungere rebus
 Cura Dei voluit socios, fidosq; ministros,
Nobilitate viros insignes Marteq; ex arte.
 Te quem Guliacis Effernia proculit arvis
 Gens, GVilme, decus probitatis, fama; mundi
 Curonum. te, Germani quem Iuppiter orbis
 CARolus esse ducem voluit, custodia quorum
 Cæsaris est magni : te nunc quoq;, splendide Noldi,
 Teutonicus manet aura Jovis, matrisq; RODolphi
 Gratia. te vegeta præstantem mente Georgon
 VIRum. & consilio qui pollet & ore disertus,
 Macenasq;, meis studijs TISEnhausius extat.
 Nec non Martigenam BVTlerum, sanguine, Mosche,
 Saepè tuo qui sedatus sub castra revenit.
 Nec non HENningum, parvum Natura lacertos,
 At magnum ingenio quem finxerat ore; cultum.

Atq;

Atq; piã te conspicuum virtute SCHröderum.
 Et te WOLpenia Samuelem stirpe creatum,
 Delicias charitum, cor Phœbi, melq; suada.
 Quis cum partiri curas suaq; optima facta
 Gottardus, si quid vellet tutoq; locaret.
 Nam solus quicumq; suo bona publica frenat
 De sensu, magis hic tumidus quàm providus audit.
 Nunc etiam, HENningum præter, quem janua mortis
 Transmisit pridem, Ducibus; duo sidera cœli
 Arctoi qui sunt FRIdericusq; & GuLielmus;
 Adsunt consilio, & patriam cum laude gubernant.

Mollia præterea puro quæ crimina pellunt
 Ore Deæ, pura fulserunt mente GOThardi.
 Ut diversa suo capiti circumvolet ales,
 Quis prohibere potest? eadem ne infesta cerebro
 Affigat nidos tua cautio nonne? probrosi
 Infrenes animi motus ex pectore toto
 Expuere haud opis est humana: sed tamen exlex,
 Devites faciasve, tibi quod suadeat ardor,
 Te penes est; studio hoc, hoc tramite clauditur ipsum
 Nobile virtutis vitijq; ignobile munus.
 Qui domat affectus vitioso ex corde fluentes,
 Ille iter immensum virtutis carpit, & inter
 Mortales numen ferit æthera vertice summo.
 GOTtardum mihi cerne: illum nec amicta dolosis
 Illecebris, nec tincta genas lascivia cepit:
 Sed castum virtutis iter decurrit, & inter
 Sirenas castam possedit pectoris aulam.
 Hinc fuit, ut primos in conjugè disceret ignes;

Heruleo veterum qua conjunx sanguine regum
 Exijt: ANNA penu decoris: Pulcherrima qualis,
 Aut fuit Abigail, Placillavè, quæq; maritum
 Esse suum solum sibi dixerat ornamentum.
 Talem lege thori, casto sibi fœdere junxit
 ANNAM Gottardus, flavo applaudente Pregelæ.
 Quâ Dux letatus tantâ consortè GOTthardus,
 Haud aliter, ceu Palladium pubescere germen
 Illustres animas, socialis pignora lecti
 Conspexit, natosq; Duces, natasq; decentes.
 Singula quid referam? roseum, ceu Phœbus, ab alto
 Axe diem revehens, decus est splendorq; IEHOVA:
 Sic erat ANNA sui laus, gemma, corona mariti:
 Sic est ANNA decus, laus, gemma columna suorum.
 ANNA Dei Trini templum, thesaurus egeni,
 MAGnus amor patriæ, verbi nutritrixq; scholarum.
 Christe decus tantum serva! canescere canis
 Fac ANNAM Pylis, & mille videre Kalendas.
 Hinc non vulgens dapibus, nî causa juberet
 Leticie, GOTthardus erat: nec blanda fefellit
 Illum luxuries: quo solo Martia monstro
 Vis jacet, ac alta ceciderunt mœnia Troie:
 Cujus lauta gula Iunonis pascitur ales,
 Et Sœdogallus; avis quem nutrit Africa: Rhombus,
 Et scarus, eois quos fluctibus excitus imber
 In mane propellit latum; Lucrinaq; cujus
 Nequitie in cacabo faciunt conchyliæ nidum.
 Quæ verò rabies, quo nata est Demone dira,
 Heroùm arrodens facta immortalia Livor?

Fallor! an errandi mala qui primordia fecit,
 Ille simul lingua mendacis semina sparsit?
 Ergo nec in actam scelerata columna linquens
 Virtutem facibusq; petit flammisq; malignis.
 Nec sacros tantum rodīs, perverse, Poetas
 Zoile, & inconti stagyritica bucca Filisti.
 Sed Druso comis, facundo Regulus ore,
 Curtius ipse pius labijs suspenditur uncis.
 Quin petit Isaiden maledictis impius ille
 Gerardes, direq; in eum vomit ore venenum;
 Isaiden, cor, delicias, placitumq; Jchovæ,
 Quiq; Philistaum toties dejecerat hostem.
 Sæpius ostendit trucibus sua brachia Moschis
 Gottardus, nec causa fuit, per vulnera dulcem
 Pro Livis toties quin mallet fundere vitam.
 Sæpè quibus præsens sordebat provida rerum
 Conditio, non hâc succedet, credite, dixit;
 Conatus vè feret duro medicamine Moschus;
 Talibus ac monitis, si mens non lava fuisset,
 Spicula verticibus Livum quot pulsa fuissent?
 Crevissetq; statim vulnus tectura cicatrix.
 Ac velut, implumes quæ exclusit devia pullos,
 Ales, sollicitis petit almos ardua pennis
 Campos, & natis pastum parat. haud secus ipse
 Pro Livis mala perpessus, quot sæpè peregit
 Insomnes noctes, quot vidit Marte cruentos
 Sæpè dies? dum magnanimus pia bella gerebat
 Proq; viris & conjugibus, Livumq; salute.
 Princeps ingenio magnus, generosus in armis:

Pacificusq; domi; prudens & sanctus ubiq;
 Sic ut mortali fas est, Christumq; profectos
 Condecet; atq; pater patria, concorsq; maritus.
 Pro tantis autem egregius, virtutibus Heros
 Toxicis quot retulit pungentis premia linguae?
 Lingua, qua Schyricum superat scelerata venenum;
 Levia mortifero quo spicula felle madescunt;
 Lingua, funesto qua longè est acrior igni,
 Postquam ille est subitus frondes elapsus in altas,
 Et nemorum infandis involvit brachia flammis.
 Heu furor! heu rabies! heu tristis & anxia vita!
 Vita per ambiguos Labyrinthi erratica calles,
 Inter latrones & inhospita resqua ferarum!
 At virtus, animos sublimè ad sydera mittens,
 Ut fugienda fugit, sequiturq; sequenda benignè,
 Sic pectus gerit indomitum, casusq; paratum
 In cunctos, quo monstra ferat perversa nefandi
 Livoris, centum Lernas, centumq; Chimeras.
 Quale fuit cor GOTtardi, quò plure Maligni
 Vulnere non meritum peterent, tantò ipse verendum
 Virtutis tractabat opus mage. fortia contra
 Peccora mordacesq; ferens vulgicq; flabella,
 Et contra invidia stimulos audentior ibat,
 Hostibus (ò pietas) benefactis sepè repensans.
 Ergo suis amor ille fuit: quem civica summo
 Obsequio est dignata manus, venerataq; cultu.
 Ipsum bellatrix complexa potentibus ulnis
 Sarmatia ingenti nunquàm non fovit honore.
 Præcipuè IAGEloniades SIGEmundus; & orbis;

Gemma

Gemma, Ducum splendor STEphanus, Rex
Hercule major;

Et de quo dubites armis num præstet an arte,
Zamoscus, meritis multum tribuere GOThardi,
Virtutemq; viri ad lucem coluere supremam.

Cumq; per ingentes curarum volueret æstus
Vitam GOTtardus, jamq; agrè membra moveret
Victa ævo, atq; graves posset vix ducere gressus:
Tandem instare diem sensit, quo redderet alma
Corporis exuvias telluri, animamq; IEHovæ.
In medios igitur dat vocem, & pignora cara,
Præstantes animas, FRIdericum, & qui GVLielmum
Adducat, mandat. volat ille, ac iussa capessit.

Est locus ad viridis nemorosa fluenta MAOSi,
Vernantes campi; varios ubi flumina circum
Fundit humus flores, & candida populus antro
Imminet, & tenera texunt umbracula myrti.
Hospitium Musis (quali præfecit in aula
PELiden citharæ, docuitq; sonantia verba
PHYllyrides.) namq; hic ter numina terna sororum
Magnatum instituunt natos, omnemq; per artem
Ingenium exercent. Pietatem & numinis ardens
VRAnie studium, fideiq; immobile telum
Edocet. ipsa sedens niveos ornata capillos
Victrici lauru, rerum prædivite cornu
Cingitur, & LEGem, cælesti rore beatis,
Mentibus instillat, fingitq; tenella labella.
Proxima iustitia proficitur munus & artes
CALLiope, parili expendens examine lances,

B 4

E7

Et rigidam patris divam moderatur ocellis:
 Hinc mites ER Ato fasces animumq₃ paternum
 Praecipit in cives, minuitq₃ ferocia corda.
 Facta ducum veterum recinit praestantia CLEio,
 Proponens simul errores eventaq₃ rerum:
 Ac, veluti speculum nitido splendore coruscans,
 Inspectare jubet majorum facta minores,
 Vnde sibi in vita fugienda sequendavè sumant.
 Virtutem, arma, viros, clypeos, turmas, peditesq₃
 Et varios belli mores POLYmnèia tradit:
 Esseq₃ nulla monet tam splendida vulnera, quàm qua
 Pro grege, pro lege, & pro religione patefcant.
 Praecipites animi motus luxumq₃ gulamq₃
 Comprimit EVTERpe; casti veneranda pudoris
 Custos, consilij moderatrix: optima nutritrix
 Ingenij. Argenti genuinos intonat usus
 MELPomene, & tondere pecus non glubere mandat.
 Praemia despondet seros victura per annos
 TERpsichore, stimulatq₃ bonos praestantibus ausis.
 At reprobis ferrum, & turpis praeconia fama,
 Et laqueos torvâ minitatur fronte THAlia.
 Hinc missi gemini, clarissima pectora, fratres
 Eximias ibant, Rivo ducente, per artes.
 Et jam nunc fervebat opus, cum protinus illos
 Tristis ad invalidum jubet Attius ire parentem.
 Illi mox iter exuperant, & castra sub intrant
 Qua primus posuit piscosi ad fluminis Alpha
 MANDernus litus. quondam mapalia; nunc sed
 Gottardi auspicijs generosa palatia Regum.

At pater ut vidit sobolem, sic faries inſit;
 Antediam quàm componam, FRIDERICE, ſupremam,
 Et GVLielme, mei nati: quæ pauca monebo,
 Senſibus hæc, res eſt non parva, reponite veſtris.
 Quod volui verbum, quam faſſus religionem,
 Hanc vobis moriens commendo. ſat mihi proles
 Sat felix eritis, ſat magna opulencia vobis
 Appluet, ô Nati, ſi Chriſti terra Curonum
 Hoſpitiũ fuerit. Iovæ cultumq; metumq;
 Veſtro debetis reverentia pectora Regi
 Atq; fidem. Matri pietatem; civibus almi
 Ora patris. vobis in vobis mutua menti
 Vincula. proſtratis cæmentia corda. ſuperbis
 Et reprobiſ iras. hic mirus abeneus eſto:
 Vnicaq; hæc veſtros moderetur regula faſces.
 Dixerat. atq; preces ibat gemituſq; per omnes,
 Exolvi membris cupiens & corpore liber
 Eſſe penes Chriſtum, ſuperasq; evadere ad auras.

Claraq; cum Libræ Borealiſ ſtella per amplum
 Declinans orbem Eois ſe mergeret undis,
 Ipſe preces inter poſuit cum lumine vitam,
 Atq; animam placidè, inclinans caput, exhalavit.
 Vt quando fervens violento Syrius aſtu
 Lilia deſcendit fulvis hærentia virgis:
 Marcida demittunt ſubito caput illa gravatum:
 Et prono nigra colla ſolo ſuientia ſeclunt.
 Nec minor in tectis luctus moriente GOTHARDO,
 Quàm cum divinum ſanctiſſima membra JACOBUM
 Exutum Canas veberet per rura JOSEPHUS.

Stant circum, gemituq; gravi undiq; personat aula.
 Fata alij patriæ lugent. pars pectora tunsis
 Plangebant palmis & stertibus ora rigabant.
 Cum primis soboles, & cum sobole inclita mater
 Mœstam incendebant magnis clamoribus arcem.
 Multa viri virtus animo multusq; recursat
 Religionis amor, patriæq; amplissima cura,
 Continuuq; labor. quàm vellent, maximamundi
 Lumina Sarmatici, ZAMoschus WOLOpicusq;
 Nunc efferre pedes ad proxima littora DWIna,
 GOTtardusq; latus conferre & dicta utare.
 Fata obstant, placidusq; viri sopor illgat artus.

Sed nunc octavum Sol aureus egit ad umbras
 Annum, jamq; quater bis baltheus Orionis
 Anterior manè emerisit; funesta potenti
 Stella MORO vati; cum mortu, membra GOTthardî
 More Ducum inferrent tumub. jacet ardua templi
 Moles, centenis laquearibususq; superba,
 Nobile opus divi GOTtardi. tu quoq; partem
 Fers, FRIDerice, operis, Dux Illustrissime; quando
 Prima tuæ audivit Pietatis maxima dona,
 Osq;, uni sedem tribuens sacraria CHRISTO.
 Aspice, nunc etiam tanto fastigia templi
 Augure letantur, tuâq; optima facta perennè
 Ingeminant, murosq; suos ediscere mandant.
 Reliquias igitur diviniq; ossa Gothardi
 Hic condunt tumbâ. tumbam Dux optimus ille
 Condiderat, quâ condentis nunc membra teguntur.
 At mentem, sanctam divine particulam aura,

Cœlum

Cælum habet. hæc illi merces respondet, & hoc est
 Par, GOTTARDE, tibi, nec inania nomina sentit.
 Fortunatè senex, tu nunc in nubibus aliis
 Alloquio fruëris divùm, Triadosq; sacrata!
 Salve! Salve iterum atq; iterum dijs care GOTHARDEL
 Tempus erit, cum te, Dux, & tua maxima facta
 Inscribent Cedro, & Cycnos resonare docebunt
 Varniades, & quæ Balibes colit undiq; Nymphe
 Littora. digna quidem, vatùm, quæ facta MELISSUS,
 Nostrorum Rex, myrtis cantanda dicaret;
 Aut festiva jocis TAVBmanni Musa referret;
 Aut sublata oculis gemeres, SCHULTETE, gemendo.
 Nunc arbusta tibi hæc placeant humilesq; myrica,
 Quamq; tibi gracili fiscellam texui hibisco.
 Salve! Salve iterum atq; iterum dijs care GOTHARDEL
 Eternumq; vale divine, & magne GOTHARDEL!

**MARTINI BRASCHII,
 AD IOHANNEM SIMONIVM
 EPIGRAMMA.**

DVM tu, IANE, canis versu graviore GOTHARDUM,
 Quæq; tulit; gessit quæq; duella LIVO:
 Ingenij ostendis vires, linguæq; nitorem,
 Redditus auditur per tua verba MARO.
 Inprimis apto contextis singula filo,
 Adsciscit proprium quale Poeta sibi.
 Laudibus applaudas, princeps FRIDERICE, paternis,
 Præmia fer doctis, tu GVLIELME, modis.
 Perge age: victrices cingent tua tempora lauris;
 Iam mihi diceris, IANE, Poeta bonus.

LE-

LECTORI SA-
LUTEM.

Gratamente ac voce memoriam Illustrissi-
mi & Optimi Principis G O T H A R D I,
in Livonia Curlandæ & Semigallæ Ducis pri-
mi, meritò in hac etiam Academia conservamus.
cum & publicè eam Illustriff Curlandæ Dux
V V I L E L M V S, G C T h a r d i filius, magistratum
scholasticum ante quadriennium magnificè &
munificè gerens splendè illustraverit, & pri-
vatim al qui nostrum multis eximæ & singula-
ris optimi Principis, & Illust conjugis clemen-
tiæ & largitatis significationibus & beneficijs si-
mus ornati: pro quibus fidelem animi grati me-
moriam perpetuam nos illi debere profite-
mur.

Excelluit autem Princeps G O T H A R D V S
cunctis virtutibus, Bono principi convenienti-
bas, vera pietate, sapientia, Bonitate, justitia,
magnitudine animi, elementia erga subditos pa-
terna & studio ornandi Ecclesias & homines li-
teratos, ac verè imago Dei, & Dei vices in ter-
ris gerens, & salutare organon Dei fuit, per
quod vera agnitio ac Invocatio Dei & servatoris
nostri Iesu Christi in Livonia late sparsa & pro-
pagata est, & Dei sapientia, bonitas, justitia in to-

ta gubernatione, legibus, judicijs, defensione
 bonorum, pœnis nocentium & disciplinæ & pa-
 cis conservatione eluxit. Quare ad pietatem &
 gratitudinem Deo & Duci GOTHARDO debi-
 tam pertinet eximia hæc virtutum decora laudi-
 bus debitis prædicari, ut Deus auctor virtutum,
 & Dei sapientia, Bonitas, & sapientia cujus radij
 & dona sunt virtutes Heroicæ, agnoscat & cele-
 bretur. Itaque has ego cùm laudo, laus ea tota
 Dei est.

Cùm igitur doctiss. vir M. IOANNES SI-
 MONIVS, Poeseos in hac schola Professor, qui
 Illustrissimi Ducis Curlandiæ VVILELMI stu-
 dia superioribus annis moderatus est Encomion
 Illustrissimi Principis ac Domini D. GOTHAR-
 DI Curlandiæ & Semigalliæ Ducis carmine He-
 roico scriptum, in honorem Illustriss. familiæ
 Curlandiæ crastina die publicè in auditorio ma-
 jori recitaturus sit: amanter invito & hortor o-
 mnes virtutis & laudis Bonorum & Reipub. sa-
 lutarium principum studiosos, ut ad hanc De-
 clamationē audiendā frequentes conveniant, &
 Bonos sapientes justos & salutare principes no-
 stris Politijs à Deo tribui, & inclytam Illustrissi-
 morum Curlandiæ Ducum familiam incolumem
 & florentem à Deo conservari ardentibus votis
 precentur. Datum die primæ Synodi novi Testa-
 menti, in qua ~~MARIA & ELIZABETH Mater vere~~
~~Dei scera, puella Deo convenientes,~~ articulum

de

primæ Synodi N. T.

de CHRISTO juxta promissiones patribus exhibitō & in virgine concepto concluderunt, Die 2. Julij, qua Illustrissimus & optimus Princeps GOTHARDUS ante octennium MlTovix in templo arcis terræ mandatus est. Anno 1595.

DAVID CHYTRÆVS.

GODSLAI ROTERMUNDI

ELOGIVM.

GODSLAUM, pietate virum & præstantibus ausis
 Insignem, scutum Musarum, Nobilitatis
 Ter palmare decus, Rotrmundum ad cœlica terris
 Excessisse adita, huc rapidis fama attulit alis,
 Ad Balthes fluctus, roseos ubi Varnus olores
 Educat, & Musas spumanti respicit alvéo.
 Lugete Aonides, lugete! & quicquid in orbe est
 Immenso Charitum, lugete! haud mollia vestram
 Frontem ferta decent, non myrtus, quasq; corollas
 Phœbus amat lauro contextas, valle reducta
 Quando choros, inter Veneres, splendente sorore,
 Ducit, & alterno terram pede concuitt: haud vos;
 Talis ferta decent, sed pulla vitta cupresso
 Et mœstum resonans lugubri pollice carmen.
 Sæpe viros flectis vulgares, funera flectis
 Sæpe hominum, curru Germanum sola per orbem
 Quos vexit virtus: Godslaus; Tybris & Arnus,
 Sequanaq; & Rodanus, quemq; Ister & Istula & Albis,
 Nove-

Noverunt; vobis Muse, indefletus abibit?

Vos modò Godslai manes, quanquam undiq; san-
 Affluitis tantisq; bonis, quæ nectar & omnem (Æis
 Ambrosiam superant: tamen huc paulisper & aures,
 Atq; oculos ferte huc infra: nec tenuia, vobis
 Quæ fiunt, sacra defugite: olim, major Apollo
 Ingenium quando exstimulat, majora canemus,
 Et vestros laudum magis extendemus honores.
 Tu quoq;, quem veri, C Aspar R Oirmunde, decoris
 Luce coruscantem, patris optima & ardua virtus
 Inflamat: tuq; O STEni, gener inclute, quondam
 Godslauum suavi socerum qui voce vocabas.
 Præstantes virtute viri; date signa favoris
 Vestra mihi, & nostram, quæ in vestri facta Parentis
 Assurgit, placido matris lumine Musam.

Insula Germano pelago jacet edita, Strelam
 Contra, quâ surgunt sublimia mœnia Sundi:
 Clara viris, & dives opum, Cerevisq; gregisq;
 Incustoditi: neq; enim lupus improbus ipsam
 Infestat, nec edax olim violentia gliris.
 Hanc, uno atq; equo conjunctam pondere terræ,
 Aspexit quondam septenis ignibus Arctos,
 Cum magnam savo vastaret milite Romam
 Rugius Odoacer, fulmen trux orbis & urbis.
 Nunc maris indomiti discerpta furore, quaternas
 In partes, Musisq; Deoq; armisq; sacrata,
 Gryphorum imperio subdit sua RVGIA sceptrâ.
 O te felicem Godslauum! Rugia primum
 Quæ te nascentem suscepit, tu quoq; felix

R V.

RVGIA dixeris, cunas quæ prima dedisti
 GODSLAO, virtute viro & pietate decoro
 Est magnum, natale solum prælustria mundo
 Lumina si tulerit, nec tam Phæbo incluta Phæbe,
 Atq; locus cive est, quem clarat gloria dia
 Majorum atq; sua. Arpinum quis nescit? at illud
 Magna serenavit præstantis gloria Tullî.
 Linternum æternis tenebris non obrueret nox,
 Scipiade funestatum ni morte fuisset?
 Fortis Aristomenes Messenem consecrat avo:
 Andes Virgilius: Sallonas Iustinianus.
 Rugia sublimes quod famâ transvolat axes,
 Quodq; per immensum fertur celebri æthera curru,
 Vandaliæ prima hæc debetur gloria genti:
 Proxima vestra omnis, vestra est Roirmunde, Plateni,
 Barncovi, Iasmunde, Osteni, & si qua vetustas
 Stemmata, præclara rutilantia dotibus, istis
 In terris, superum haud irato numine, fixit.
 Horum ergo pars magna fuit GODSlaus, utramq;
 Roirmundam & Barnicoviam, felicibus astris,
 Qui gentem agnoscit: quem Balthasar, inclusus armis,
 Roirmundus, factisque potens, & Margaris illa,
 Herodæ Barnicovium de sanguine creta,
 Stirpe pares, ætate pares, animoq;, bonisq;
 Et pietate pares, virtuteq;, progenuerant.
 Ecoe autem, vix mortales infantulus auras
 Contigerat, cum Pegasides & docta sororum
 Numina prælustres cunas struxisse videres
 Infantii. tunicas undantes murice & auro

Prima

Prima ministrabat Cleio: squallentia gemmis
 Tegmina Calliope hinc ornabat: sindona puris
 Euterpe digitis aptabat demq; lectio.
 At Pallas gremio puerum complexa, liquore,
 Qualem divinum perhibent hausisse Platonem,
 Imbuit, & succo Ambrosiæ rigat ora tenelli.
 Mox benè curatum præstanti fronte puillum,
 Gratum onus in molles deponit Aglaja cunas;
 Cortinam Euphrasyne obducente, ea picta metallo
 Dalmatico, & Phrygijs umbris ornata rubebat,
 Quale per ambiguas infusa aurora fenestras
 Mane rubet, cum primum alto se gurgite tollunt
 Solis equi, lucemq; elatis naribus efflant.
 Addunt se socias Musis, doctæq; corona
 Thespiadum, blandæ Dryades, pueroq; decenter
 Applaudunt: puer excelsis natalibus orbe,
 Cresce puer: bone cresce puer, felixq; futuros
 In laudem gentis Rôrmundæ cresce per annos!
 Talibus applaudunt, & plausu personat aula.
 Nec verò vel vana fides, vel vota fuerunt
 Irrita: quam primum teneris adoleverat annis
 Godslaus, noratq; patris confingere gressus,
 Aonidum datur ille choro formandus & arti.
 Est locus, ad veteris celeberrima littora Pindi,
 Gramineus campus, quem collibus undiq; curvis
 Præcingunt sylva: media est in valle theatri
 Circus: eum varijs concentibus undiq; densa
 Mulcet avis, frundisq; obrentu laurus umbrat.
 Inus carminibus doctis & Apolline sacro

C

Cunã

Cuncta sonant. hic est, qui latum ferre per orbem
 Multiplices satagat linguas, artesq; decori
 Per quas & morum aeternum laudata venustas
 Sese infert menti, videas, qui semina rerum
 Naturaq; vices monstret: cur luna laboret;
 Lactea cur lato via limite splendeat: imber
 Unde sit & grando: caelum cur intonet ictu
 Saepe gravi, & mistus flammae fragor erret Olympo:
 Unde maris fluxus varij, varijq; recursus:
 Cur fluat in gyrum celeri verrigine raptus
 Stellarum ille orbis: pedibus contraria fuscis
 Cur apud Antipodes properent vestigia nostris.
 Cernas, qui clamat, Sirenum, quisquis in altum
 Vita te dederis, scopulos fuge, debueris n̄
 Et Satanae & mundo ludibria: prava relinque:
 Inflammata odijs iram compefcito: luxum
 Tolle: manusq; oculosq; tene: fuge verbera linguas:
 Et Veneris spurcos compefcere disce tumultus.
 Illic & videas qui, qua ratione regendus
 Sit civis: quod consilij sanctiq; senatus
 Officium, doceat: quibus incluta patria rebus
 Florescat: quibus in cineres subsidat & orbem.
 Cernas, qui morstret, qua tuto parte locanda
 Castra: ubi densandus cuneus: vel cornua tendi
 Equius: aut ubi sint muri restudine facta
 Cingendi: quatienda vel obsitione premenda
 Oppida: qua deceat membra exercere palestra:
 Sitnè lupis frenandus equus, vel molle sub albis
 Dentibus accipiat ferrum: quovè ordine strictis
 Agmen in adversos hostes mucronibus ire

De-

Debeat: imprimis videas oracula legans
 Qui referat prudens, & opes, quas nec Tagus, auro
 Quamvis exultans, nec quondam incognita nostris
 Littora, nec Seres mittunt, non vesper & orius.
 His igitur studijs Puer effingendus & arti
 Deditur. at illi, occultis ceu rotibus arbor,
 Crescit amor Musarum & pectore vivida virtus,
 Fecundis ditata bonis, se attollit in auras.
 Et jam vernantes tenera lanugine malas
 Barbula serpebat circum: pater optime, dixit
 Gods laus: toto quas possum pectore grates
 Latus ago superum Patri, qui tempore lato
 Te patre me nasci voluit, quo sanctus Apollo
 E tenebris redijt, scelerataq; sacra Maosin,
 Vnius invicti studijs calamoq; Lutheri,
 Vincta jacent: quantum, Genitor, mihi pectore numen,
 Quantus amor surgit studiorum? quanta voluptas,
 Italia, Patriaq; viros, quos ardua virtus
 Ingentem celeri curru vehit usq; per orbem,
 Coram vidisse, atq; audire & reddere voces!
 Flammam alius Mutij miretur: barbarus arcus
 Impallescat huic: illi Gabijq; Camilliq;
 Atq; ferus placeat Pœnus, Curiusve, potentes
 Cum pauper Reges Romanus vinceret armis:
 Sola mihi cordi est doctrina & castus Apollo,
 Vnde tot egregia veniunt sub pectore dotes:
 Vnde, quid & Patria quis debeat, & quid amicis:
 Quod Ducis officium, qua partes militis acris:
 Discitur, & quicquid miratur, lumine sive

Quos sol irradiat sero, seu Phœbus anhelis
 Matutinus equis spectat. Pater oscula Nati
 Dulcia delibat, mentemq; in plurima versans
 Huc illuc: age, Nate, refert, age nobilitatem
 Ista decent veram: didicisse fideliter artes,
 Cumq; deo doctos thesauros ire per omnes.
 Non virtutis opus, plenis certare culullis,
 Vel citbara ad strepitum cessarum ducere curam,
 Stertere vel totam lucem, vel corpora scoris
 Prostruuisse olidis, & florem perdere Faccho:
 Non virtutis opus: scelus est, scelus, optime fili,
 Inq; Deum inq; homines prægnans; cui sera gravisq;
 Nunquam pœna aberit. fuge pestem hanc, Nate, tibiq;
 Quod, rerum summas qui solus tractat habenas,
 Indidit ingenium, precibus castoq; labore
 Augeto: nec nostra tibi pia cura deesse
 Debebit. verum ante tamen peregrinus ad oras
 Quàm venias, pauca hæc, res non est parva, repono:
 Sobrius, & verax, & sedulus, & vigil, atq;
 Providus, & parcus linguâ & pius esse memento:
 Sic salvum servet peregrinos inter ubiq;
 Te Deus, ô nostri generis spes incluta, Nate!
 Plura locuturo lacrumæ cum voce loquelam
 Abrumpunt. iter ingreditur Godslaus, & oras
 Teutoniæ primum lustrat, qua spumifer Albis,
 Et flavus Nicer, & per pingua culta volutus
 Moganus, & ripa semper metuendus utraq;
 Ister, & undantis vastissima flumina Rheni,
 Et Lupia irriguis Germanos alluit eris.

Quid

Quid memorem, hic quos ille viros, quæ pectora docta
 Viderit, & magno sibi junxerit arcibus amore?
 Ibat in hunc animis certatim & mentibus æquis,
 Bellephontæo quæ pota est nectare, turba.
 Hunc meritis clarus divinaq; arte Melanion,
 Hunc Camerariades, tua vivida gloria, Elyster:
 Hunc nostræ Balthes oculus, lux, stella, Chytraeus:
 Hunc & quo sese Goslaria jactat alumno,
 Parvus membra, sed ingenio, sed maximus arte,
 Eximium decus illustris, Caselius, Elmi,
 Complexi: juvenis virtutem, animunq; sacratis
 Ardentem Musis, flammataq; pectora Phæbo,
 Suspiciunt. tacitus juveni magis & magis ingens
 Crescit amor stimulatq; jecur. mox alta precatus
 Unigenam cæli supplex ad limina Prolem;
 Det facilem cursum studijs atq; annuat orsis,
 Italiam petit. Italiam, quâ pulchrior ulla
 Non est terra: viris præstans ac arte opibusq;
 Vno deformis, quod turpia scorta, cinedos,
 Et Papam, mundi furiam, cacodæmonis æstrum,
 Autolyçi sobolem, infelici sidere nutrit.
 Ergo ubi nubiferas, fido comitatus Achate,
 Godslaus, spem inter timidus, superaverat Alpes,
 Et juga perpetuis nivibus candentia: salve
 Salve, ait, ò Italum longè optatissima tellus!
 Et mihi salvete posita sub litore moles:
 Adriaco Venetum curâ! cum Oenotria diris
 Hunnorum flammis & ferro pervia, gentem
 Romanam vinculis subdentem tempora fletet.

Salve ait, ô non urbs, verum orbis : non hominum vi,
 Sed superum manibus constructa ! quis ô decus, ô lux
 Ausonia te non stupeat i quis facta, virosq̃,
 Quis Marci templum dives : pelagoq̃, locatas
 Arces; quis gazas, & quis miracula tanta
 Artis; quis populos: classem: sanctumq̃, senatum,
 Sirmate purpureo, meruisq̃, annisq̃, rogatum,
 Quis dignè memorare queat? salve decus & lux
 Ausonia! mihi nunc iterandum est equore parvo
 Dulce iter ad doctas Patavini Præsidis arces,
 Hic ubi Medoacus priscam Phærontius urbem
 Alluit, Antenor profugus quam condidit urbem
 Hec fatus cymbam petit arduus : illa sereno
 Godslaum Euganeas cælo deducit ad oras.
 Nec mora: qua facies urbis, qua jura, quis ordo,
 Addiscit. videt hic medicorum floribus hortum
 Innumeris pictum: quæq̃, insidiosa propinquos,
 Ceu pluvia, irrorant Avilana palatia gressus.
 Hic patris historia, Selleg̃, & Iasonis, atque
 Paulli, ac Asconij, Longolig̃, ora salutat.
 Hic Aponi visit fontes, qui mortua natis
 Gignendis miro secundant membra vigore.
 Visit & hic saxum, nate cui nudatus oberrat
 Lurco. honis cedens. tanta est injuria vestra,
 Et dedecus tantum, nimio quo, turba, paternas
 Frangis opes luxu, puidis persapè sub antris,
 Inde vijs lata & templorum mole superba,
 Et qua diffuso fruitur, Ferraria, cælo,
 Excipit hospitio Godslaum. hic multus & inter

Spectandum, circum præcordia serpit Apollo.
 Nuncq; has nuncq; illas sacro ex Helicone sororum
 Aspiciens, quas Estensis pia gloria nutrit,
 Edes, quo tandem vestigia collocet orbe,
 Secum animo voluit generosa Bononia multis
 Præ cunctis placet. ante tamen prælustria Romæ
 Mœnia aperit vidisse: olim que Martis & artis
 Virtutisq; ferax alta, eximiumq; theatrum,
 Prostibulum Veneris nunc est, Satanaq; cloaca:
 Ergo, ubi Fesuleas rupes, quamq;, acria secum
 Saxa vehens, Arnus, blandè complectitur urbem,
 Delicium mundi Sirozarumq; aurea tellû,
 Et Pratium, & præsci gaudemem munere juris
 Lucam, tum Pisis sacrata pelatia Musis,
 Senasq; excelsas, & Osenne dorso, viator
 Quæ sæpè extimuit; celsaq; ex rupe minantes
 Oppiduli Pendentis Aquas, veteresq; Faliscos,
 Et, sub præcipiti constructum valle, Viterbum
 Turrigerum, Montemq; Rosam, sylvamq; Bacanarum
 Emensus, Romam ingreditur. miratur & urbem,
 Et septemgeminos colles, & plena colosis
 Compita, & anfractus varios, præscosq; triumphos
 Qui referant, arcus, templorum fragmina, thesmas,
 Circos, atq; Ducum statuas, delubra, domosq;
 Heroum veterum doctorum, cuncta vetustas
 Quæ nunc exedit, nec sunt nisi clara ruinis.
 Ante alia in formas Pasquillum in urbe Quirinæ
 Sæpius ire novas solitum miratur; eum nunc
 Inducto spectat Maja genitum esse galero;

Nunc glaucum summo putat esse tridente parentem:
 Vaticanum citharâ fieri nunc aspici: arcus
 Phœben mox format: clypeus modò Pallada: fulmen
 Rectorem divûm: quid multis? est modò bellum,
 Est modò pax: modò lîs, modò fit concordia: rursus
 Aut volat, aut hirtis Pasquillus se integrit umbris.
 Miratur: verum hoc magis admiratur, in omnes
 Cum se transmutet formas Pasquillus, at ipsi
 Non liceat per purpureos puero esse cinados.
 Singula quid referam? non si mihi singula lingue
 Membra forent, possem, occiduo quas viderit orbe,
 Dicere, divitias, miracula, facta virosq̃.
 Ver erat, & campis surgebant lilia, suavi
 Mistâ croco: jamq̃ Aonides Pindi alta petebant
 Culmina, & impigris choreas per picta venustâ
 Ad citharam pedibus plaudebant prata Napeæ.
 Godslaus reditum felici fidere ad urbem,
 Pollentem Baldis, & te, præclare Sigoni,
 Claram maturat, seq̃ in studium induit omne.
 Quis, mihi, Musa, canet? quot duros ille labores
 Pertulerit: vigiles quot noctes viderit ille:
 Quot mala perpessus fuerit, dum docta sororum
 Castra novem sequitur Gods laus, & imbibit artes.
 Non sic astivo sub sole examina miras
 Exercent operas, nec tanto dædala fingunt
 Tecta, vel ambrosias cellas cerasvè labore.
 O dias studiorum artes! non cinnama, non vos
 Ille maris, cassivè liber, non thura, Deorum
 Tempa quibus fumant, tam gratos tamq̃ beatos

Tama

Tamq̄ salutiferos fundunt spirantia odores.
 Vos genus humanum rude, submersumq̄ tenebris,
 In lucem eduxistis claram! mysteria vestra
 In magnum verumq̄ sui corda embea amorem
 Abripiunt! o felices! qui pectore puro
 Vos sanctè recolunt. non illos gratia dives,
 Vel favor, aut opibus cœmulata potentia multis,
 Destituet, non consilium, non docta loquela.
 De te quid memorem Godslae? tibi omnia summus
 Ille Deus studioq̄ tuo concesserat. omnes
 Te docti coluere viri: Victorius, illud
 Delicium Italia, doctorum stella, decusq̄
 Aœnidum, sancto complectebatur amore;
 Te coluere Boni: generosa Bononia civem
 Esse suum quoties te optavit? scripta loquantur
 Victor I (doctus qui præstantissimus inter.)
 Tanta tuæ insignis virtutis facta, Latini
 In se oculos orbis vertisse atq̄ ora. quid autem
 Et quantum est illud? pubes Germanica, doctis
 Quam fovet in studijs generosa Bononia, claros
 Rectoris tibi quod voluit committere fasces.
 O decus! o pietas! o recti conscia virtus!
 Quos non effertis mortalia corda ad honores?
 O megnum virtutis opus! Godslae, quod in te
 Contulit hunc sanctum præclara Bononia clavum.
 Fortè aliquis, cum te vidisset sceptrâ gerentem
 Ausonia in populo: Godslai gloria, dixit,
 Vivat, & in multos crescat feliciter annos!
 Vota fidem justa invenere: Bononia sextam

C S

Post

Post messem ad patrias sedes ut magna remisit
 Godslauum; extemplo rigidos sapienter ad axes
 Danica Fridricus qui tum Rex scepra premebat,
 Consilio insignem Rotmundum praeficit: at te
 Ian-ille Albertus, quo non praestantior ullus
 Nec major; Megales-poleos Dux inclutus: heros.
 Heroum: toto doctorum quicquid in orbe est,
 Quem colit, & memori cui libat pectore thuro;
 Avocat, atq; suo lateri te jungit, & optat
 Nestore te Godslae, graves decidere lites.
 Vidit & invidit Pomerania; & , altera honores
 Terra feret, dixit? mea laus, mea gloria, laus est
 Tota Rotermundi: cur altrix audiar alta
 Virtutis, mihi non si fas decerpere fructum
 Illius? ut vobis non vellera vestra feratis.
 Balantes, at Godslai virtute fruisi,
 Dum fruitur vita, mihi stat sententia: dixit,
 Atq; suum blandè revocat Pomerania civem.
 Ille audit dictò, Patriam sequiturq; vocantem.
 Est locus ad Balthes Pomeranica litora; Bardam
 Dixerunt; opibus dives, & munere gleba:
 Turrata arx, dominoq; pio & praecleara benigno.
 Namq; Bogislous, Gryphorum illustrior haud quo
 Est de gente satus, quem clarat fama decusq;
 Et pietas, totiq; orbi notissima virtus:
 Hanc habet imperio subjectam. huc tendit; & omnis
 Explorare labos Godslao, patria quidnam
 Discupiat: letis Godslauum amplectitur ulnis
 Patria, & illustri hoc latatur Nestore; partes

Inq̄ vocat varias: seu crudo jura popello
 Edicenda sient: seu res ratione gerenda.
 Consilioq̄ forent tractanda negotia, magnus
 Quæ labor & gravitas perplexa mole tenebant:
 Seu caussa eloquium doctum, vocemq̄, disertam
 Posceret, aut alias missum ablegaret ad aulas.
 Ille fidem summa & cum dexteritate ministrat
 Omnia: dixisses priscum migrasse Catonem
 Godslai in pectus, vel si quid majus habetur.
 Ergo suis gratus commendatusq̄, per omnem
 Principibus vitam fuit. ô te terq̄, beaurum!
 Te tua nobilitas, tua mens erecta, tenaxq̄,
 In te propositi: pietas: prudentia: Sanctus
 Religionis amor: niveusq̄, in pectore candor
 Ad superas vebit usq̄, domos: te jure, Philippus;
 Heroum Iaspis, lux, splendor, fama, Philippus;
 Cujus Gryphorum tora ancillatur honori
 Plaga soli; te suspexit: tibi munera summi
 Consilij pater ipse dedit Bogslaus, & in te
 Clara sui ostendit regalis signa favoris.
 Hoc meruit virtus, hoc doctis gratia Musis
 Parta, & divine vivaci in pectore dozes.
 Tu rem Bogslai; quo principe mitius haud est
 Nec majus quicquam; rexisti, ut commoda solus
 Publica spectares: pietati cuncta subesse,
 Et sacro legum juri Themidiq̄, juberet:
 Vt miros scelerum nodos prudentia cauta
 Solveret: ut recti lux candida pelleret umbras:
 Vt Labyrinthos Ariadnes regia flexus

Discu-

Discateret; staretq₂ suis Republica donis
 Aucta, quibus nullus certarent Hermus, amœnia
 Vel Gangis ripa: non Bactra, nec Indica tellus:
 Que muris inscripta suis Franzburgica templa
 Ingeminant, totumq₂ ferent benè facta per orbem.
 Proxima cura fuit tua, vitam ducere rectè.
 Cedite Mammonæ servi, Venerisq₂ nefandæ,
 Cedite lurcones, comedones, cedite ventres!
 Non benè Godslaus curabat publica: vitam
 At malè ducebat privatam: pessimus auctor,
 Machiavelle, tuo fueris, sceclerate, clienti,
 Vt meritis vitam sceleratam publicus ornet.
 Godslaus foris atq₂ domi sanctissima legum,
 Scripta manu Iovæ quondam, præcepta secutus,
 Castè, prudenter, sincerè, relligiosè,
 Quantum mortali fas est contingere, vixit.
 Hinc fuit ut primos in conjuge discretet ignes,
 Conjuge, Krakuitiùm præclaro sanguine nata,
 Cui genus inflammant BredovI, Grabovijq₂,
 Et, quos longa patrum series fert ordine, plures
 Nobilitate viri, Kerchdorpi, Rulovijq₂,
 Atq₂ alij. hinc sacrum rapiendi exhorruit usum.
 Hinc & segnitiam, quaq₂ est haud tetrior usquam
 Bellua; luxuriam fugit, quis cernere curis
 Te vacuum potuit, Godslae, aut mente remissum,
 Aut operam dapibus dantem, ni caussa juberet
 Leuitiæ? neq₂ enim ructantem grandia blandè
 Vnquam Godslae aspexit: quin scava, superbis
 Prospera qua vulgò mentitur commoda rebus,

Lingua suum te compressit presente tumorem,
Iamq; Deus, metam vite accelerare supremam
Cum vellet: morbum immisit, qui membra stupore
Incendit lento, Deus, ô Deus optime, dixit
Godslaus: miserere mei, miserere precantis!
Et, quem confessus sum factis voceq;, Christe,
Dum mens in sano regnabat corpore; sana
Sana animam, Deus ô nostram! tua vulnera, nostra
Sunt requies: tua crux, mea lux: tua mors, mea vita.
O quem te memorem! tu me baptisate sacro
Tinctum, in perpetuâ mansura palatia sancti
Coetus transcriptum, vita atq; salute beasti!
Tu me precipitem, per mille pericula, perq;
Anfractus Satanae, & mundi telçberia dum me
Hæc caro deducit, servasti, turpis in omne
Ne me formarem vitium. tu dona sacra
Pneumatis aspiras semper mihi! quantus ego sum,
O Deus, in quem tot proflat clementia factis
Aucta tuis? que nostra fuit mens grata? tibi quas
Dignè unquam grates pro tantis dotibus egi?
Sis bonus ô clemensq; mihi! nec gratia desit
Christe, mihi tua, supremam cum videro lucem,
Tu me purpureo divini sanguine fontis
Irroras: tu Christe tuo me corpore vivum
Efficis. eja animam hanc rege, protege, Christe, miserellam,
Et salvam in portum deducito, nulla ubi mentes
Torquet cura, nec ullus plandus tempore in ullis
Auditur, sed lata agitant convivium sancti.
Talia Godslaus fidenti pectore verba

Ingeminat, dum morbus eum tenet arduus : & jam
 Dum loquitur, dum verba facit, mors occupat ipsum,
 Et placidè in longam illi claudit lumina noctem.
 Ergo illum luget Respublica, luget ademptum
 Patria: cum primis Pietas, constantia recti,
 Et Themis & Candor sublatum funere desent.
 At tu cœlitibus magnum decus addite, salve
 Perpetuum Godslietium, dum castus Apollo,
 Dum fuerint Musæ, nomen laudesq; manebunt.

REGVLÆ VITÆ;
 QVIBVS IN GERMANICA
 linguâ est Alphabeti aurei
 appellatio.

IN solo spem pone Deo: considerare noli
 Auxilio humano: solus, qui fœdera seruat,
 Est Deus: hunc præter nemo est in amore fidelis.
 Sit tibi honor cordi: famam qua rodere possint
 Innocuam, fugito: non pignus majus honore
 Est aliud: semel admissus quem etiam obterit error.
 Garrulus esse cave: carus audi sancta loquentes:
 Inde tibi veniet laus summa. silentia nulli
 Panam induxerunt: infamis garrula lingua est.
 Majori cedas: ipsum te crede minorem,
 Tutus ab illius vi ut sis: nec ledere quenquam,
 Ne minimum, tentes; ita erit tibi vita quieta.
 Attalicas benè nactus opes, ne attollito cristas,

Ingen.

Ingentemvè animam sumas : non nomine dantur
 Divitia hoc , tumido ut præcordia pectore surgant.
 Præ quovis auro probitatem amplectere , si me
 Vis audire : & opes & fallax aris acervus
 Te linquent : pietas sola est in funere præsid.
 Esto memor paupertatis , cum dextera Iovæ
 Larga tibi affulsit : metuenda est pœna profectò
 Immitti , damnas cui lurco est , indice Christo.
 Semper inoblitum tibi sit , quod præstitit alter ,
 Candidus officium : doleant tibi viscera , si quem
 Immersum videasq; malis , cinctumq; periculis.
 Impigro juvenis castoq; adsuesce labori ,
 Dum vires animiq; valent : ubi frigida corpus
 Ætas corr ipuit , labor est Ætna ipse senectæ.
 Non placeant omnes , qui quidvis fingere norunt.
 Quod lubitum est oculis . non omnia corde profectæ
 Sunt ided , quia blanditum sit lingua locuta.
 Nil expectatum tibi non sit , mobilis ut re
 Fortune aura fovet : non tramite semper eodem
 Principium & finis currunt , ceu vita magistra est.
 Vsq; tuæ moderare iræ , nec lana caprina
 Sit tibi materies rixarum : corda furentes
 Excitant animi , ne possint cernere verum.
 Ne pudeat te , quæ ignores , addiscere , totus
 Suadeo . prudentes colit orbis . at indocilis quos
 Barbaries mulctat , contemnere nemo veretur.
 Iudice te causæ quando tractantur , ut uni
 Exemplo credas , sapias solersq; caveto :
 Nec decide prius , quàm planè audiveris omnes .

Exitium comes est fastus: per sapè beatas
 Effet, quem miserum scelerata superbia fecit.
 Obrectes nulli, nec quenuquam offendere sensu
 Sit volupe: est vitio sine nullus: ut omnia faris
 Quæ vis, cuncta etiam, quæ haudvis, te audire necesse est.
 Rebus in adversis Dominum invoca; in omnibus ille,
 Ille tibi clemens aderit: cuiusq; voluntas
 Est Domini cura, hunc turba Deus eripit omni.
 Res age prudenter cunctas: sunt subdola nostra hæc
 Tempora, fallaces vultus, mundusq; malignus,
 Nî caveas, noxam ille tibi dedecusq; creabit.
 Iusta colas teneasq; animo, nec frivola cures
 Quid lingua incuset: non Iupiter ipse, serenus
 Seu pluvius fuerit, placuit, semperq; placebit.
 In rebus noli terrenis esse locatam
 Spem: pereunt omnes: sunt cuncta humana caduca:
 Ille sapit, toto qui quarit corde superna.
 Si quisquam lites serere incipit, ipse taceto:
 Hoc puto consultum magè, quàm si iurgia miscens
 Igni fomentum super addas voce protervâ.
 Omnis in ingenti spes stabat milite Xerxi,
 Spes, cladis tantæ causâ una: at bella gerenda
 Si tibi: fide DEO, si non: pax usq; colenda est.
 Quotidie ad Dominum magis ac magè mente fideq;
 Te veritas, nec debebis ludibria Diti.
 Qualia quisq; facit, talis manet exitus illum.
 Quicquid agis, decores semper probitate & honesto;
 Iudicium reputans extremum, namq; prius si
 Quid facias, quàm mente agites, res plena dolorum est.
 Nata-

 Natalis

VVILELMI

Ducis Cyrlandiæ.

PHœbe tuas iterum sudantes verte quadrigas,
 Atq; redi ad punctum felix: tuq; optime nobis
 Exoriare dies, lucis qui faustus in oras
 Produxisti patriæ præmagna spes Gulielmum I
 Jamq; suum sol bis septingentesimus orbem
 Volverat, & seculo, ter quintum, sed minus anno,
 A Christo addiderat lustrum: cum Julia Phœbe
 Bis denos ortus, & junctas ordine noctes
 Sustulerat: jamq; Hercules sol terga Leonis
 Viderat octavam lucem: cum Principe Matre,
 Et patre Gotthardo, Curonum principe, natus
 Guilelmus mundi subijci feliciter avias.
 Salve fausta dies, niveo signanda lapillo!

1574.
 20. Jul.

Ille Pribislao, quem vidit Vandala tellus
 Extremum Regem, longo genus ordine ducit.
 Dux hunc Henricus, qui Boijs, & tibi Saxo,
 Jura dabat, Christi fecit submittere collum
 Doctrina: idolis ac impietate remotis.
 Hic Pribislaus, quâ sese dividit Arnus,
 Et paullum acclivo quâ surgens margine ripa
 Binas extollit turres, pius excitat urbem,
 Fragrantisq; rose de nomine nuncupat illam.
 Nominibus sæpè nomen inest: fore Religionis

Pribislaus

a.C. 1160.

D

Et The.

- Et Themidos sedem, & perdocta Pallados Arnum
 Prævidit; quæ Triga bonum benè spirat odorem.
- Bulvinus Excipit hunc gnatus Burvinus, Marte fideq;
 Par Regi Princeps. is campum a sole vocatum
 1215. Ædificat, præscâ motus pietate. minores
 Burv. 2. Post dixere novum clastrum. Burvine secunde
 fundavit Hunc sequeris. summi tu magna palatia templi
 Ecclesiã Exstruis; hic, ubi jus Germanus dicere Nestor
 Cathedra Affolet Ulricus, mernis super æthera notus
 lem Gu- Dux Megalespoleos, patriæ pater inclutus ille.
 strovii a. C. 1226. Burvinus Ianum genuit, quem credula patrum
 Ioannes Magnum iter ad doctos proficisci, & præscâ coegit
 Theolog. Parrhisios pietas. ô rarum & Apolline dignum
 6. 1260. Exemplum! denos bis totos Sequana Ianum
 Invigilare videt studiis, miraq; coruscum
 Clara Magisterij in patriam deferre brabæa.
 O rarum exemplum Musis & Apolline dignum!
- Henricus Hinc, multos annos quem durâ compede vincitum
 Hierof. Vrbs tenuit, Salvatoris malè conscia mortis.
- Henricus Hinc Leo, Varniadum qui Cimbris eripuit res.
 Leo. Hinc, quem Principibus Romanis annumeravit
- Albertus Carolus, imperijq; ducis dignatus honore est;
 1348. Terror finitimis, & forti Marte secundus.
- Magnus. Hinc placidus facilisq; parens, & pacis Amator
 Magnus. post Magnum magnus belloq; togag;
- Ioannes. Ianus: is hospitium doctarum, Varne, sororum
 1419. fun- Te statuit primus, Sueco patraele juvante
 data est Hunc contra studiosa cohors memoremq; piamq;
 Aca. Rost Id. Nov. Te fore ne dubites, & busto spargito flores,

Semper

Semper inoblita repetens hac manera mente.
 Hujus erat proles, membris & corpore crassus,
 Henricus. Magnum is genuit, qui nescius armis
 Vinci, Marte ferox, acerq; ad vimq; paratus,
 Promptus & ingenio: splendore abavosq; atavosq;
 Vicit, is Alberti pater est; quo nata parente
 Anna, Ducem peperit qua magnã spem Gulielmũ,
 Salve fausta dies niveo signanda lapillo!
 Nec minor est splendor genitoris nẽpẽ Gothardi.
 Is longa clarus serie, Ptolomaida fontem
 Militis agnoscit Mariani. namq; sacratis
 Fascibus imperij cum, Sexte Henrice, præesses,
 Prima Magisterij ad V Valpodũ summa relata est 1190.
 Ordinis illius, diva cuj tessera matris
 Imposuit nomen. post succedentibus annis,
 Marte opibus, animisq; & rerum laude frequenti
 Audi Teutonici peregrẽ misere colonos.
 Livonos primus cum sacro milite Princeps
 Vinno intrat, ferro ac flãm̃is loca barbara complẽs,
 Indomitamq; jugo gentem submittit, & aras
 Demonibus sacras permutat nomine Christi:
 Longa ducum hinc series, quos Religionis amore,
 Romanaq; Aquila studio, fremebunda videres
 Bella sequi, & dulcem per vulnera ponere vitam.
 Ante alios meritis clarus Pletebergius extat,
 Fervidus ingenio, & Rufforum cladibus asper. 1501.
 Tandẽ Gotthardus, superũm nunc miles in orbe,
 Maxima Teutonici pars ordinis & decus amplũ,
 Ensiseris datus est Rector, cum publica rerum 1539.]

Inclinata salus esset, jamq̄ omnia fatis
 In pejus ruerent: ut maxima regna videmus
 Mole perire suâ, atq̄ novissima claudere fata,
 Non secus ac homines. Sed Tanti vivida virtus
 Herois, centum quanquam esset mersa periclis,
 Submergi haud potuit. rectis quin clarior ausis
 Emersit, materq̄ fuit fortuna noverca,
 561. Principiumq̄ novi tituli exiitit. ô pia Virtus
 Tu cineres nescis, nec tempore deseris ullo,
 Qui tua ferventi studio pia castra sequuntur.

Hoc Patre prognatus patria spes est Guilielmus:
 Cujus si Patris excutias, ab origine longa
 Egregiam stirpem; videas per avosq̄, at avosq̄,
 Principibus fulsisse viris. sin facta virumq̄,
 Inspicias, diuinum ipsum fateare necesse est:
 Aspera quod Belli testantur facta, togâq̄
 Tot monumenta; dies quæ nulla hûic eximet ævo,
 Quæ memori secum repetit Curonia mente.

Tantis digna fuit soboles auctoribus, ipse,
 Virtutum exemplum, Guilielmus: quem mea posset
 Musa suis ornare modis, & laudibus aquis,
 Ejus nî pietas, & laudum pura cupido,
 Majus utrumq̄ annis, cûivis foret obvia nostrum.
 Salve fausta dies niveo signanda lapillo!

Est aliquid positura poli, quæ fausta precatur
 Guilielmo. verum quid tûm? si horoscopus erret?
 Hic minus erroris fuerit: si cardine primo
 Inconcussa habeat pietatis roborâ Princeps:
 Hæc veras aurora fores, Christo referante,

Pandit,

Pandit, & ingenium divinâ luce coruscet.
 Septimus oppositus primo sit, pectus, honestum
 Iustitiamq; colens: hoc nullis occidit annis.
 Proxima post nonam domus esto, blandus & acer
 In cives ardor: medio hoc tutissimus ibit
 Princeps. quarta domus sit se novisse suosque;
 Aurea perpetuam qua nescit regula noctem.
 Cetera succedent, Pietate Duce, omnia: cunctis
 Imperat ipsa; nec occasum timet: ipsa cadentes
 Sustinet, & nunquam morituris laudibus auget.
 Mentem hanc Guilelmo ut conservet Rector

olympi,

Ardenter mecum exopta studiosa juvenus,
 Quae Iove prognatos scis reges, & Iove tantum,
 Praeceptore regi posse hos. Deus annue votis.

Rostochii celebratus 20. Iulii anni 1591.



Votum,

PRO DUCUM MEGAPO-
 litanorum, totiusq; Reipublicæ
 salute.

GRata Deo pietas est, his congressibus: alma
 Virtuti & doctis studiis, ubi digna brabea
 Distribuit Sophie, & frudenti tempora lauru
 Incingit: memorare Duces, quoq; ordine quisq;

D 3

Quoq;

Quoq; Iovæ sit consilio subvectus ad ingens
 Sceptri opus. ipse etenim Deus est, qui cuncta guber-
 Ipse est, qui Reges nunc auget, nunc minuitq; (nat:
 Taq; , ô Rex Micaël, sanctos primarius inter
 Qui clares genios ductor: quem flammea circum
 Stat turba, accincti gladiis vibrantibus, ultro
 Defensare Bonos, Satanamq; arcere parati;
 O Micaël, Dux, Magne Deus, dulcissime Iesu,
 Tu molem hanc unus suffers! sine te foret, atq;
 Angelici excubiis cœtus, jam pontus & aër,
 Terraq; in antiquum pridem reditura fuissent,
 Atq; informe chaos: tantas Draco cœrulus, orci
 Regnator trux, effrenes turgentibus iras
 Venis servus alit! Sed tu stellantis Olympi
 Gentem, militiam aligeram, castosq; ministros,
 Pellacis furiis colubri, & bacchantibus umbris,
 Opponens, nostris altaribus, urbibus, aulis,
 Conjugibus, natis, capitiq; pericula mille
 Defendis! tibi laus, tibi gloria, Christe, per ævum
 Immortale! Tibi, quod vivimus & superesse
 Quod licitum est nobis, debemus. templa scholæq;
 Quod stant; quod Calvus non cuncta, nec impius Au-
 Tarpejus prado subsellia possidet est hoc (zur,
 Omne tuū. nostra hæc quod stat Germania quaquã
 Fictilibus pedibus, sed stat tamen: orcus ut ipse
 Infremat, & diris ut fulminet ignibus æther:
 Stat tamen, adversus minitantiæ tela Selymi,
 Hesperiosq; dolos, invicta, immota, Rodolphi
 Casaris auspiciis, septemq; labore Virorum:

Quod

Quod stat, id omne tuū est. Quod Meglaburga per
 Complures felix floret: quod, fratribus unus (annos.
 De senis, Carolus, super, āpla hac scepra gubernat:
 Carolus Heruleum sanguen, celsissimus Heros:
 Omne tuum est! soli tibi nos debemus id omne.

Hoc, pie Christe, tuum meritū: quo fratribus unus
 De senis Carolus, nosiroq, superstitat evo,
 Heruleoq, Bonus populo jus dicit, apita
 A solio: mibi sit fas dicere. Vos, quibus alnum,
 Clari ampli, viri, cura est cordiq, Rosetum,
 O & nobilibus studiis operata juvenus,
 Vos mibi dicenti faciles advertite mentes,
 Nostraq, vestra ā aura propellite carbasa lenes!

Dux Alberte, olim fasces cui patria tellus
 Contulit, & Dominum agnovit patremq, benignum:
 Sex tibi secundo peperit Brandenburgica lecto
 Anna, nurus inter regales stella decusq,
 Anna, Electoris Ioachimi Filia, natos.
 Ianū illum Albertū: atq, Vlricum: tumq, Georgium:
 Et Carolum: tum Christiferi de nomine dictum:
 Atq, Ludovicum, parili sex stemmate natos.

Albertu
 DuxMe
 gap. na
 scitur a
 1486.

Horum Postremus vitales attigit auras
 Tunc, cum mitratam Albertus pater ipse teneret
 Aulam. hic, excelsis ubi visitur Hafnia muris:
 Tempore, quo pulsus Christiēnus ab orbe Trionē
 Septem, in terna iterum cupiebat regna reduci.
 Sed fata hunc tantum voluerē ostendere terris:
 Heruleas inter nec ponitur ille columnas.

1536.

Tertius à primo, belli arte, GEORGius, acri

Georg

D 4

Excel.

Dux Me-
gapolita-
nus nas-
citur a.
1550.

Excellent, Martis pullus, vicina potentis
Arva urbis, cui Virgo dedit lectissima nomen,
Albidos ad ripam: quam Cæsaris ira verendo
Mulcâras banno: fremebundo milite vastat:
Effusamq, minus felici sidere turbam,
A tergo invadens, ingenti clade fatigat,
Et pavescata virum demittit corpora letho.
Post, ubi Magdurgam Septemvir Saxo, tremenda
Fussa sequens AQVILÆ, denso agmine & aggere
cinxit,

Ipsè hostem inclusum, pugnatum, in praelia crebra
Evocat. at tandem, nequicquam talia fingens,
Incidit in casses: capiturq, Georgius: illi
Ignescunt iræ, tristis dolor osibus heret:
Haud secus, ac serenum cum rustica turba Leonem
Vndiq, præcingit telis, nec vertere terga
Fulva potest, corripit aut se ferre: ille astuat ira,
Et capit ingentes generoso in pectore flammæ.
Hinc tamen exemptus, binis labentibus annis,
Hic, ubi caruleus Francorum dividit urbem
Mœnus, fulminea percussus glande, Georgius
Occidit, & pulcrâ oppetijt per vulnera mortem.

9. 1552.
Ioannes
Albertus
D.M. na-
scitur an.
1525.
22. Dec.
1551.

Te, regale decus, Princeps celsissime, Jane
Nunc Alberte voco, tu nostri gloria secl;
Tu patriæ pater eximius: tibi candida puro
Pectore corda: tibi ingenium bonitate coruscum
Tanta, quantum alios Phœbus supereminet ignes.
Te duce libertas fandi præcepta salutis
Respexit terram hanc, penitus quando impia Paps
Idola

Idola efferres adytis, & luce tenebras
 Mutares, vero nugas, sanctoq; profanum.
 Tu vir is es, qui sacra Dei, temerata veneno
 Vindelicæ Sphynge, socio cum Saxone & Hesso
 Purgabas, Sphyngeq; ipsam perplexa sonantem
 Pellebas, favos extinguens faucibus ignes.
 Tu vir is es, qui Germanam, auxiliantibus iisdē,
 Rem Libertatemq; afflictam grandine belli,
 Rursus in antiquam virtutem & jura reduxisti.
 Salve gemma Ducum! viden' hæc subsellia tantam
 Ad famam nomenq; tuum ut laxata resultent!
 Utq; his parietibus nova lux, nova fulgeat æstas!
 Utq; sue tanto auctori, promoq; salutis
 Applaudant! medio mihi pectore cor salit ipsi,
 Cum cerno Aonidum hæc candentia templa, scho-
 lamq; hanc,

Jan Alberte, tuo dotatam munere stare.
 Quæ stabit, donec Pietas, Ius, Pallas, Honestum;
 Numinibus quibus hæc sacra sti templa; vigeant:
 Interitura: Deus pestem hanc convertat in hostes:
 Si pereant ipsi Pietas, jus, Pallas, Honestum.
 Quid memorem, quibus ille modis, quantoq; labore
 Collapsam Astræam, collapsaq; munita juris
 Orbi huic reddiderit Meglburgo? quantus in ipsum
 Mavortem fuerit? quàm mitis, quàmq; benignus
 In lapsos, veniam poscentes? cetera verax
 Clemens, munificus, doctus, bonus, integer, æquus.
 Et tamen, heu, tantus Princeps, tamq; incluta Virtus
 Tanta viri, paucos vitam deduxit in annos.

1576.
12. Febr.

Vix tum lustra decem natus, cum Parca dolendo
 Ipsum raptaret fato. sic omnia lethum
 Demetit, & florens patitur nil. floruit ille
 Ille tamen Princeps in natis: invida sed quos
 Mors tulit: & solos ex te superesse Nepotes,
 Ian. Alberte. decus terris, decus addite cælis,
 Cernimus: atq; utinam multos cernamus ad annos!

CHRISTO-
phorusD.M. na-
scitur au.

1537.

1551.

1556.

1559.

CHRISTOPHorus sequitur Dux præclarissimus: in
 Mirandum agnoscas sortis cursumq; stupendū. (quo
 Penè puer Gallo datur inscius obses. & inde
 Post lustrum educus, cum jam constantior ipsum
 Ætas firmasset FR Atris, DANIq; POLONIq;
 Atq; AQVile, atq; Ducum potis, scriptisq; benignis
 Adjutus, bifida miræ, saeraq; tiara
 Fit socius, claram lato quâ flumine RIGam
 Piscopus lambit Duina. illum fronte serena
 Marchio VVilelmus, Rigensis Episcopus, ultrò
 Excipit: at scavam FVRSTnbergius, ordinis illo
 Tempore TEVtonici præses, fax, atq; MAGISTER,
 In NOSTrum exercet mentem. concurritur ergò,
 Nec mora: Christophorus cū Præsule, in arce Duina,
 COKHusium veteres dixerunt, Marte maligno
 Vexatus, capitur. testis TREIDENA superbum
 Quondam Livonum castrum, nunc campus, inermi
 Christophoro hospitium, at placidū, quæ præbuit. hinc
 SISMundi regis, fera qui implacabilis arma (sed
 Cum DVce BORusso Livum stringebat in hostem,
 Adventu, & monitis FERDnandi CÆSaris, atq;
 SEPTem ELECTorum, compositis rebus utring;
 Excipitur,

Excipitur, veterem nactus cum praesule sedem.

Non tamen Armigeri finis fuit ista malorum

1557.

5. Octob.

Christophori. tadas ipsi tum fortè parabat

SUECIA regales: quos dum tentare hymeneos

Affectat, fato ducente, optata POLONI

1563.

Præda fit: & sextam messem RAVA detinet ipsum:

Caucaseis Rava portentiis immanior: urfis

Asterior Libyes, & Tygride savior. hic tu

Hic mihi IAN ALberte, iterum memorabere: virtus

Tanta tua est, Heros, quàm fratrem, dira ferentem

Vincula & indignas pedicas, è carcere duro

Eximis. ô seclis Pietas laudanda futuris!

1569.

Verum Christophorus tanto discrimine, Fratris

Virtute exutus, patriam ut petit, hic quoq; fortis

Communis minimè fuit exors: sive Popas quis

Ausonios spectet; pepulit quos vivida nostri

Herois Pietas, simul ac RAZBURGICA sacra

Atq; pedum acciperet, purgataq; sana reliquit:

Seu videat casus alios: vel morte prioris

1575.

Conjugis illustrem viduatam principis aulam

Ac thalamum: vel qua miseris mortalibus offert

Ipsa dies. non celsa domus, non gemmea vasa,

Non ferrum, non divitiæ, non fundus & aurum

Alternare queunt Mœran. hanc Turca, Dacusq;

Vrbesq; & gentes metuit, metuere Tyranni

Purpurei: hanc, uncisq; gravem clavoq; trabali,

Regius Ifacides metuit, metuere minores.

Blanda Iova tamen interea mens, fortis iniqua

Christophori molem miserata, ipsi adsuit; & spem

Indulfit

Indulſit ſemper: quo fretus numine, curas
 Exilia, & ſolabatur quodcunq; malorum,
 Fortunæq; vices audentior ibat in omnes.
 Ergo Deo carus, & cuius magna gerebat
 Nomina, Cæſarea ſenſit pia munera dextra,
 Auſtriacæq; domus faciles vultuq; benignos:
 Gratatusq; ſibi, fors dum majora parantur,
 En dux Chriſtophorus vixit: nec prole relicta
 Maſcula, ad æternas hinc migrat candidus arces.

1592.

4. Mart.

Meglburga domus, quondam tibi quinq; columna
 Stabant, quinq; Duces, ALberti ſemine creti.
 Fratribus ex illis tres nunc ſunt morte peremi,
 Ad binosq; tibi redijt res, poſt reditura
 Ad ſolum Carolum. ſic rerum volvitur ordo.

VDALrico

nascitur

An. 1527.

1554.

Ergo VDALrico: qui regna paterna, Ioanne
 Cum Fratre Alberto, jam pridem ex lege ratiſq;
 Ritè gubernabat pactis: cum Parca priores,
 Quos dixi, fratres cum Iano: maſcula proles

Ioannes

Dux Me-

gapolita-

nus Ioan-

nis Alber-

tius filius,

nascitur

Ann. C.

1558.

9. Mart.

1592.

9. Mart.

Qui Ian - Alberti Ianus, pietate fideq;
 Et magnus Princeps meritis virtuteq; clarus:
 Invida raptaffet: moles advolvitur uni
 Imperij: ſoli faſces Meglburga ſuosq;
 Committit: quos ille dolens acceptat. at acer
 Invigilat juſto & Pietati: publica queis ſunt
 Cōmoda fixa bonis, queis creſcunt, queis vegetantur.
 Nil dicam, quibus ille heros cum fratre Ioanne
 Alberto fuerit curis jaçtatus, ut ambo
 Conjunctis animis Romani, hac gente, Papatus
 Vanos exigerent ludos: lucemq; miſellis

Menti-

Mentibus inferrent diam: cum reddere pacem,
 Cum decus Imperij stabilire, & premia doctis
 Augere & Claras Musas ornare studerent:
 Hoc repetam, solus cum clavum remq; teneret 1563.
 Dux Vdalricus, quàm nullis parferit unquam
 Sumptibus ac somno, aut studio nulliq; labori:
 Tantum ut largiflua cives in pace sederent:
 Ut pietate etas informaretur & arte
 Mollior ingenuâ: ut florenti templa scholaq;
 Oppida cumq; agris, aula cumq; urbibus. ille
 Majestate Forum munivit, legibus Vrbes,
 Tempa fide, virtute Aulam, pietate Lycæum,
 Imperio populum, pace Agros, oppida, sylvas.
 At, dolor, hoc instar quoq; Principis occidit, & mors
 Abstulit hunc tantum Heroem. sed non tamen omnis θ. 1603
 Occidit: haud fera mors Heroem hūc abstulit omnē. 14. Mart.
 Illa Ducis vivit Pietas & mascula virtus:
 Et vivet, cælo dum Gnosia stella micantes
 Demittet radios, & erit nimbosus Orion. (ceps?)
 CArole, quid tibi nunc animi est Celsissime Prin- CArolus
 Quas tecum volvis curas, quas mente revolvis? Dux Me.
 Interea, dum tu peregrini signa Gradivi, nascitur
 Et durum sequeris generoso pectore Martem, a.C. 1540.
 Fortunaq; vices varias, camposq; pererras pridie Mi
 Sanguine Germano pingues: duo lumina Mundi, chaëlis.
 Fratres, Vlricus longævus, Ianus & ille
 Albertus tutantur opes, patriumq; Ducatum.
 Inde redux, ista ut contentus sorte, minuto

Impe-

Imperitas regno, prudens, pius, arduus omnem
 Ex animo delens fastum, cupidumq; regendi,
 Quiq; viros magnos non raro infestat, habendi
 Ardorem: rerum securus, qua; gerantur,
 Et qua; dicantur: subito tibi nuncius ecce
 Iste venit: Proceres te poscere, teq; locare
 In solium patrium. quisnam haec sine numine Iovae
 Evenisse putet? vident undiq; & undiq; bella,
 Horrida bella, facem quassans, feralis Erynnis
 Ut moveat? nostra ut Germania sedibus imis
 Quassa tremat? Turca hinc, illinc grassante Papatu?
 Relligio, firmis qua; stabat passibus, ut nunc
 Inclinata ruat passim? Calviq; piandum
 Attollant secreta caput? mox oppida & urbes
 Concussura, viam, qua; Spiritus exeat iste,
 Si modò reppererit tenuem: nunc conditur intus,
 Atq; sua reprimit se vi, fallaxq; severum
 Discipulum simulat magni diviq; Lutheri.
 O scelus! ô labe! sed quo modò provehor? ad te
 Carole dux, redeo. vident ut Respublica multis
 Circumventa malis jaceat? quanta undiq; quanta
 Sint componenda lites venientibus annis?
 His autem tantis, gentis gemina illa columna,
 Adolph- Fridericus, cum Alberto fratre Ioanne,
 Jan- Alberte tuus sanguis, tua gloria Iane,
 Quàm teneri? quàm sint fragiles? quàm rebus agēdū
 Infirmi? illis tu Princeps celsissime, custos,
 His curator eras hac usq; ad tempora, magno
 Nempè reservandus dono. quis tale Iehovae

Adipisci-
 tur guber-
 nationē
 A. 1603.

Adolph.
 Frideric.
 Ioannis
 filius, Io-
 annis Al-
 berti ne-
 pos, dux
 Magap.
 nascitur
 a. C. 1589.
 Ejus fra-
 ter Ioan-
 nes Alber-
 tus D. M.
 nascitur
 1591.

Non

Non curante ajat factum? quis, castra Epicuri
 Ni sequitur, nutu hac fieri neget omnipotentis?

Hac igitur merito hac, Dux Carole, luce, suis qua
 Virtutem Sophie & doctrinam laudibus ornat,
 Excolimus, memoriq; animo tua facta, Ducatum
 Quis totū illustras, Musarum hac pulpita promunt.
 Tu fasces, pietate mera, bonitate paterna,
 Justitia & pace ornatos, ceu tradidit ille
 Ille tuus frater Nestorq; VLRICVS, eadem
 Justitia & pietate regis, bonitate gubernas,
 Pace ornas: cura tibi templa scholaq; : magistros
 Odisti Christi, quovis cane pejus & angve.

Ergo tibi, tibi Varniades, tibi plurima plenis
 Dona ferunt manibus. Viadrus tibi & Albis, & Ister
 Celsus adificanti tenus ipsa volumina celi
 Nomen, Duina ipso, & Molda, applauditeq; Rbeno.
 Ipse ego, grandisona quondam si in carmine vires
 Mi fuerint, tua tum, CAROLE O Dux inclute, facta,
 Atq; lubens dicam tua facta, feramq; per orbem!
 Templum virtutis vivo de marmore ponam,
 Propter aquam, roseus bifidis ubi flexibus errat
 Varnus, & inferius naves magno exipit alved.
 Dux erit in medio CAROLUS, templumq; tenebit.
 Illi, purpureo cinctu fulvoq; resurgens
 Auro, quadrijugos agitabit gloria currus.
 Pegasides, viridi redimita tempora myrto,
 Dona ferent. nunc jam Eusebien, Charitasq;, The-
 Ad delubra juvat solemnes ducere pompas. (miniq;,
 In foribus statuam ex auro, solidoq; Elephanto
 Garga-


Gargaridum faciam, CARoli ducis acta sonantem.
 Addam & pacificum VLricū, ALberitūq; JOannē.
 Musarum patrieq; patres, & juris amantes,
 Dum super in terris essent. dextraq; tenentes
 Delubrum hoc, placido ut virtutem lumine blandi
 Respiciant, vivamq; animent præstantibus ausis.

Interea sylvas humiles humilesq; myricas
 Dum sequor, ô Princeps Celsissime, Carole, vultu
 Accipe clementi! vos & duo germina gentis
 Megiburgæ, Fridrice & Ian-Alberte, Herulorum
 In quos tota domus nunc inclinata recumbit:
 Annuite his cœptis nostris, Musisq; favete!
 Annuite, & vobis Carolus dum Publica curat,
 Vivite, & egregiam virtutem extendite factis,
 Seclaq; majorum servate in postera nomen!

Christe Deus, Michael fortis, dulcissime Iesu!
 Cujus in assiduos nostra hac subsellia plausus
 Se tollunt: tibi laus, tibi gloria, Christe! Ducatum
 Tu Megalburgum fecisti religionis
 Hospitium vera. tu regia frena nitentis
 Bucephali hos nostros conservas mitis ad annos,
 Inq; Duces hos continuas per secula longa.
 Tu diros belli motus, flammassq; furentes,
 Queis oriens, queis occasus, medijsq; diei
 Orbita, & Arctous quod vertit plaustra Bootes,
 Ardescit, nostris clemens avertis ab oris
 Hactenus. O Michaël dux, ô suavissime Iesu,
 Serva in nos nostrosq; animum hunc, mentemq;
 benignam:

Vi, Te

Vt, Te dante, tuum nostra hac regione sacratum
 Sincerumq² sonet verbum: extinctisq² magistris,
 Calva quibus cordi doctrina est, gloria carnis
 Majestasq² tua caput exerat atq² per orbem,
 Auratis invec̄ta rotis, erecta feratur:
 Vt CAROLO, solus qui nunc Meglburga gubernat
 Sceptra: cui Pietas, Candor, Clementia, Prudens
 Integritas, Odium vitij, Defensio Iusti
 Cura est ut liceat centenas vivere aristas,
 Aut si quid majus concessum: ut stemmate nati
 Meglaburgiaco stirpis duo fulcra vetusta, (anne,
 Adolph - Fridericus, cum Alberto Fratre Io-
 Felices, sani, vegeti, te dante, superstent,
 In serosq² annos transcribant nomina gentis:
 His ut Principibus, quiq² hinc nascentur ab
 illis,
 Floreat Eusebie: vigeat Pax: Pallas honora
 Lætetur: niteant Agri: Bona publica vernent,



CHRISTIANO IV.

REGI DANIÆ

ROSTOCHIUM anno 1595.
ingredienti.

A Vgusta Regum progenies, virens
 Magni ac potentis gloria nominis,
 O sidus Arctoo nitens hoc
 Orbe, velut micat inter orbes

E

Phæbe

Phœbe minores ! Vayniadum tuum
 Quæ cura Patrum, quævè Aganippidos
 Æternæ adventum rosarum

Ad roseas nitidasq; portas ?

Olim ; Danorum , non rudis agminum
 Per quem potestas gentis , & imperi
 Inclaruit nomen , cubili

Solis ab Hesperio usq; ad ortum ;

Sic vidimus Patri triplicem tuo
 Latam theatris plaudere Balthicam

Plausum Rhoden , & quæ perennant
 Per titulos memores q; fastos

Regum Camenæ fortia prælia :

Nunc inter AVGVstum, Dominum Albidos
 Quondam, ac patrem inter Christianum
 Nectaris Ambrosios liquores

Ducenti : eum sub Calmaris jugis
 Postquam vomentem flammea verbera
 Immane non raro horruissent

Cuspide tergemina minaces

Gotti ; ferus cum sanguine proximis
 Heroibus Mars addere fervidas
 Iras & infani Leonis

Vim stomacho apposuisse visus.

At tu bono Rex ingredi alite ,
 Et faustitates oris amabiles

Istius affulgere nostris

Mœnibus & populo Rosarum

Concede. cernis excipere ut suis

Te ge-

Te gestiat plaudens manibus Rhode ;
 Vt jam Senatus regium te ad
 Concilium reditum paranti
 Fratres gemellos, prospera sidera
 Passa in carina carbasa devocet
 Regalis, ut fluctu secundo
 In patrium referare portum.
 Quam te morantem hic icta fidelibus
 Votis, peroptat Dania nobilis,
 Lucemq, regalem cupit te
 Reddere, Rex, Patriæ reversum !
 Te Rege tutus rura perambulet
 Taurus : quietum per mare navita
 Tutus volet : plenoq, fundat
 Terra oleum Cereremq, cornu.


C A R O L O

Duci Megapolitano ; cum Rostochium, ut in id fidem suam reciperet, 26. Aug. 1605. ingrederetur.

Rostochiū ingreditur, Princeps celsissimus urbē,
 CAROLUS, Heruleū sanguen, bona dicite verba,
 Suaviterpum integrate melos, Jovis aurea proles,
 Musa ! tuq, caput lauru viridante revinctus,
 VARNE, lyram cape: votum magnum funde ! viden'

(dens E 2 Vt

Ut bona signa p̄ij, quos flumine ducis, colores?
 CARolus ingreditur, Princeps celsissimus, urbem,
 CARolus Heruleum sanguen: sub p̄ctore cuius
 Religio, Pietas, Candor, Themis, Eusebieq̄
 Fixerunt sedem. ingredere, ô celsissime Princeps,
 Ingredere, auspiciis iterumq̄, iterumq̄, probatis!
 Sic te Christus amet, tuaq̄, incluta comprobet orsa!
 Sic tua sceptrâ colant cives! te & principe longum
 Salvo, Tempâ, Scholâ, Leges, Agri, Oppida vernēt!



UDALRICO,
HÆREDI NORVEGIÆ:
 Episcopæ Suerinensis Administra-
 tori: Academiæ Rostochiensis
 Cancellario, ex Pannonia 13.

Decemb. 1606.

reduci.

MArtia progenies, Regum decus, inclute Prin-
 cept,

VD Alrice, Ducum splendor: cum primus abires
 Bellarum in savos Turcos, pro arisq̄, focisq̄,
 Ut metuere tibi Dryades, Varnaq̄, sorores!
 Inde ubi, re benè gesta, septem arx urbsq̄, vitalis
 CHRISTiani, herois factis super aethera noti,
 Exciperet reducē: cumq̄, hīc, velut immemor harū,
QUAS

Quas regis imperio terras, felixq̄, catasq̄,
 Hereres, mendaxq̄, aliud, quid nescio, fama
 Crederet, auctorem maneat qua fama malignum;
 Ut metuere tibi Dryades Varnaq̄, sorores!
 Nunc postquam tandem, celebri comitante caterva,
 Exultante polo, plaudente soloq̄, saloq̄,
 Butzovium augustusq̄, subis salvusq̄, reduxq̄,
 Ut tibi gratantur Dryades, Varnaq̄, sorores!
 Ut tibi gratantur cives! Turrata topanti
 Fulmine in occursum egrediatur tibi Bucephalea:
 Ipsa Dicecesis, totis è sedibus ultrò
 Convulsa, in circumplexus, tam sæpè cupitos,
 Proruit, in primis Proceres sanctusq̄, Senatus,
 BASVITius, benè promeritis annisq̄, verendus;
 BVLOVIusq̄, acri ingenio, Marte, arte politus;
 Consilioq̄, valens præstanti, juris ocellus,
 Flexanima ambrosio-cuj seſtat ore suada,
 REVIZius, Aovidum lumen, fautorq̄, datusq̄:
 Tum, quem Pannonia non raro castra docentem
 Audivere, Neoscorus; cui Phœbus & omnis
 Pieridum chorus inflammat præcordia; magnis
 Plausibus ante alios sibi gaudent, req̄, reversum
 Excipiunt cupidi, subjectis mentibus. ô quàm
 In risus sese effundet, clarissima Regum
 Et socrus & Mater, SOPHIE Regina, tuosq̄,
 Gestiet amplexus! quàm sedula dinumerabit
 Puncta tui adventus! quàm scriptis lata libellis
 Natum, Regem illum, Affines, Generosq̄, potentes
 Orbis terrarum dominosq̄, ducesq̄, docebit,

Venisse VLRicum! salve, celsissime Princeps,
 Martia progenies, Regum decus, inclute Princeps,
 VD ALrice, Ducum splendor! tibi fata Deusq₂ ad
 Nestoreos vitam FELICI provehat annos!
 Quaq₂ per Europam circumfert Gloria nomen,
 Quadrj₂ugis invec₂ta rotis, ea gloria factis
 Praclaris geminos tibi famam extendat ad axes!
 Salve progenies Regum, celsissime PRINCEPS!



IOANNI ASSVERO,
 Medicinæ Doctori & Professori,
 & Reipubl. Rostochiensis
 Physico ordinario:

Cum de consensu reverendi & amplis-
 simi Concilij,
 Rector Academia ROSTOch. Magnificus
 a. d. 27. Octob. 1608. publicè renunciaretur.

ARTIS, IOANNES, doctæ Machaonis,
 ASSVERE, lumen nobile Apollinis,
 Clavum Tibi, hujus cum Lycei
 Varniades proceresq₂ tradunt:
 Ecquid novo isti, quid melius precer,
 Optemq₂ honori? si modò barbiton
 Non denegant doctæ sorores
 Tendere, nec cohibet canentem
 Phœbus: quid, inquam, isti melius precer,
 Optemq₂ honori; quàm Iova præpotens

Fasces

Fasces ut istos tam verendos
 Dirigat ipse : tibiq; vires
 Et robur addat , fortiter ut regas
 Vibresq; sceptrum , quod tibi SASSIVS
 Vir clarus, & dia minister
 Pallados Eusebiesq; cedit.
 Fœcunda culpæ secula vivimus ,
 Ævumq; non æquum monitoribus,
 Effrene, legum & discipline
 Impatiens, petulans, petulcum.
 Sed sunt tamen , sanum qui animum gerunt,
 Pejusq; letho flagitium timent,
 Ac angue multo pejus horrent
 Remigium vitiosum Vlyssis.
 Illos gravi terrebis & argues
 Sceptro rigoris. sed probitas, fides,
 Pallas, suum tutore tali
 Et vigili decus obtinebunt.
 He sunt due, quis publica queq; res
 Fundatur & salvatur in ancoris ;
 Ceu censuit , qui quondam Athenas
 Legibus instituit secundis.
 Nunc mactæ divini ingenij bonis ,
 Conscende felix, dexter & arduus
 Fastigium , in quod te Minerva
 Varna die hoc locat, ASSUERE !

STEPHANO OLVENSTEDIO,
 I. V. D. Imperialis Magdeburgensis Consu-
 li: Dicasteriiq; quod ibidē est assessori.

E 4

Nempē

NEmpè hoc prædixi : fore, vir clarissime, virtus
Ista tua ad magnos te quondam ut ferret bo-

nores

Nec falsus vates, nec vana ^{aut præfagis} auguria nostra.
Prima tibi alma brabea Themis, laurumq; sacrata
Doctur & incinxit juveni: mox Imperialis
MAGDEburga, polos urbs supra cognita utrosq;
Te sibi collegam associans, cui dicere jura
De vita rebusq; hominum sit summa potestas;
In te oculos mentemq; uno defixa tenebat;
Cum mirata tuas doles, mirataq; suadam,
Atq; Themis dexter quoddam recto corde ministras;
Dignus hic est, inquit, cui fasces meq; aded ipsam
Committam. mora non: tibi fasces atq; aded ipsam
Se tibi committit MAGDBurga illa Imperialis,
Magdeburga polos urbs supra cognita utrosq;
Maße OLVenstedt! tibi Maximus Optimus istum,
Non curis sine qui venit, fortunet honorem!
Sic, te, P ARThenope, longævos Consule in annos,
Relligione, opibus, virtute & pace, fideq;
Floreat, augeat, ditescat, crescat overq;.

In Georgica Virgilii.

Virginei texenda fuit fiscella Poëta
Hactenus, officij pro ratione mei.
Crastinus auricomum referet cum Cynibus orbem,
Otonaq; hora sol ubi signa dabit;

Quid

Quid faciat lætas segetes, quo sidere terram
 Vertere conveniat, gens studiosa, legam.
 Hinc varias rerum cognoscas ordine leges,
 Multaq; natura mystica dona feres.
 Vt, postquam auditus gruis inter nubila clangor,
 Rumpendus presso dente sit arvus ager:
 Humidus at seris Arcturus ut exiit undis,
 Suspendenda levi vomere gleba fiet:
 Gnositaq; Heliaca decessit stella corona,
 Quomodo, spes anni, sit jacienda Ceres:
 Et postquam Eos Orion exerit armos,
 Lata sit incurva falce metenda seges.
 Tum quid pluma natans signet, pappiq; volantes,
 Prunaq; & occidua noctua luce tacens.
 Cognoscas etiam latices, qui munere Divum
 Purpureo fragili noctare stirpe fluant.
 Vt matris discat generosa pullus, in arvis
 Altius ingrediens, mollia frena pati:
 Qualis Amiclaei domitus Pollucis habenis
 Cyllarus, & Graijs qui memorantur equi.
 Vtq; bovis nuper liquefacto è viscere cæsi
 Res lapsæ vigilum restituantur apuro.
 Rustica sunt opera hæc? Auctor tamen ipse colendæ
 Arcane hæc voluit maxima signa rei.
 Quid? nudum glebis Semen terraq; sepultum
 Putret, & est tandem messis origo nova.
 Corpora sic hominum putrescunt credita terra:
 Ast erit hic marcor carnis origo nova:

Non Epicureis confluit hic orbis acervis:
 Nec fieri potis est, hac sine mente regi.
 Quod quicumq; volet gratis cognoscere, mecum
 VIRGilij herbiferos ingrediatur agros.
 Cautibus hunc natum, quem contemplatio mundi
 Non juvat, & silices pectus habere, neges?

2. Jul, 1595.

In Rheroricam Aristotelis ad
 Theodecten.

Quartam cum gnomen hodiè signaverit horam;
 Quod fuerit faustū; ad præcepta diserta redibo,
 Stagiræ nati qua nobis cura reliquit.
 Olim, cui trifidi Romana potentia mundi
 Ibat in obsequium, Pompeius, Rhetoris ades
 Venit: non verius, quis se submiserat ortus
 Occasusq;, illos fasces submittere tectō
 Facundi. Nos hauri Posidonius aut Heraclitus
 Invitat; sed cui superi tam nobile in artes
 Cessere imperium, quem suspicit exoriens sol,
 Quâq; cadens iterum liquidas se mergit in undas;
 Magnus Aristoteles; cui cur submittere nostra
 Exiguos pudor est fasces genij ingenijq;?
 Publica cur horrent non auditoria nulli,
 Ceu qui spirantem nudo pede presserit anguem?
 Cur titulis ipsi nobis imponimus? ut cum
 Iuxtâ artem fuerit doctè lautèq; loquendum,
 Hauri aliter toto stent nobis corpore crista

Quam

Quàm Lugdunensem dicturo Rhetori ad aram ?
 O meliore luto quibus est mens facta! favete
 His studiis! quem cum staret sua gloria salva,
 Græcia salva fuit: cum quis crescentibus orbis
 Crevit & Ausonius, rursusq; ruentibus, idem
 Corruit. Esavi gentem cur lumine blando
 Perferimus? cui, Dicendi se incendere in artem,
 Nonne est tanti? ope ut illius conscendere mundi
 Totius imperium satagat? nec vulnera nostris
 Facta tegi possunt. heu! quàm gravè quamq; furenter
 In Martem insurgit? quantis ea cestibus in nos
 Pugnat? desidiæ pœnas dum pendimus, hanc nunc
 Discamus maculam tandem eluere: at modò mentè
 Non obscuravit Patriæ in sua fata ruentis
 Pernicies. agite; ò Patria quos vita decusq;,
 Et quarum volumus studiosi esse artium, & una
 Afficit illa salus; genti, ò agite, eripiamus
 Esavi laudem, quâ, fastus plena, superbit!
 Non sine præceptis agitur res tanta: rosetum
 Eja ergò hoc quoq; curemus benè! supplice nostram
 Svada implorat opem supplex prece: nò faciamus,
 Illa pedem, nostrum tantum indignata stuporem,
 Nè Deus avertat, sensim hinc sensimq; movebit.

Me fidum studiosa Ducem comitemvè laboris
 Tanti, afflante Deo, sibi junctum turba probabit.
 die Catharinæ 1606.

Ad FRIDERICVM In Livonia &
 Curlandiæ Semigalliæ Ducem.

Magna.

Magnanime, augusto, Princeps sate sanguine Re-
 Vandalia, Dux Curonum, Patriaq; columna
 FRIDrice, ô heros: cujus sub pectore sedem
 Intemerata Fides, Pietasq; & vivida virtus
 Fixere immotam: quem trux KERckholma pavescit,
 Atq; suis inscripta tenet tua fortia campis
 Facta. Ducum flos & splendor, celsissime Princeps!
 Quæso tibi fortem, clementiq; omne faustam
 Osculer ut pronus dextram, concede: Tuoq;
 Pro capite atq; Tuis, supplex pia carmina fundam.
 Ut Te, Germanis duce quo nunc degis in oris,
 Sospitet ipse Deus, salvumq; omniq; querela
 Et curis vacuum, in Tibi subdita regna reducat.

AD IACOBVM BORDIN-
 GIUM I. C. Cancellarium Mega-
 politanum.

De Lapsu Humani Generis, ejusdemque
 instauratione.

Humani lapsum generis, Satanaeq; furorcm,
 Primaq;, qui cælum torquet, miracula Regis,
 Cum jam morte fera perituris, absq; secundo
 Causarum nexu, vita pia dona ferebat:
 Ipsaq; nascentis dura incunabula Christi,
 Hinc canere incipiam. Tu maxime Nate Tonantis,
 Qui prior hanc diva retulisti è sede medelam,
 Huc ades, & vires in carmine suggere nostro.

Et jam

Et jam curâ Dei cælum, mare, sidera, terram
 Jamq; novum Mundi fabricaverat ordine corpus,
 Cum quoq; quod rebus jam factis esset honori,
 Induperans animal, recta ratione decorum,
 Conderet, & divis ornaret dotibus illud.
 Haud tulit hæc Pluto, tenebris qui præsidet Orci,
 Et trux Eumenidum latebroso regnat in Antro.
 Ergo fortunas & munera summa Parentum
 Primorum, quis jam regerent ipsa astra, tuenti
 Ignescunt ira, auris dolor ossibus heret.
 Et secum: me? men, odiis desistere pulsum?
 Nec cælo posse hanc invisam avertere gentem?
 Sunt mihi, sunt Furie, sunt, infera numina Fauni,
 Sunt mihi mille artes, fraudum sunt cornua mille.
 His, si concessum foret, ipsum à tramite recti
 Turbarè LOGON: atq; LOGO quid majus habetur?
 Talia flammato secum Dis corde volutans,
 Ad sedes Erebi, loco facta furentibus undis
 Scandit, fallaci neclens sub pectore nodos.
 Nec mora, continuè manes vocat ille silentum,
 Et regni primos nigra intra limina cogit.
 Olli convenère, fluuntq; ad sordida plenis
 Tecta viis, ubi Plutonis se Regia tollit.
 Haud aliter, veluti sub tempestate sonora,
 Mellis sue volucres, hyemem quando aureus egit
 Phœbus sub terras, & tempora verna reduxit;
 Tum verò erumpunt: concurreitur, æthere in alto
 Fit sonitus, mussantq; oras & limina circum.
 Rex crydo insistens solio, fulgine sevo

TORVH#

Torvus erat. circum hunc pallentes undiq; Morbi,
 Terribiles visu formæ: Bellumq;, famesq;,
 Et Letum, & denso glomerabant agmine Diræ.
 Ac prior horrendum reboans sic fulgurat ore:
 Quod si nostrorum memori sub mente revolvo
 Fata, quibus divum rutilo de culmine nuper
 Dejecti urgemur cæcas volitare per umbras,
 Nescio, quod pavidum constringat pectora frigus.
 At nunc, ô Manes! pro me tenet altera cælum
 Plebes, quæ nobis & nostris imperet oris.
 Quæ sibi subijciat, quâ torum fluctibus orbem
 Nereus circumstat, terrasq; & littora plangit.
 Ergo aule patiar quicquam decedere nostræ?
 Sic nullos habeam, qui Ditis numen adorent?
 Ferte citi flammæ, torresq;, sudesq; præustas,
 Ferte citi, & vires jam quisq; effundite vestras.
 Perdendum est mortale genus; perdendaq; cælo
 Gloria succrescens. iuro per flumina nostra,
 Flumina sub terras stygio labentia luco.
 Dixerat, & sævo vox diræ remugijt Orco.
 Lucifer ante volans reliquum ut præcesserat agmẽ,
 Improvisus adest, tumidis afflatus Echidnæ;
 Equis erit mecum, socij qui primus in hostem?
 En! ait, en mihi sunt facierum mille catervæ!
 En! ait, & diris ululatus aëra complet.
 Clamorem excipiunt Umbræ, fremituq; sequuntur.
 Arbor erat medio Paradisi in litore, fructus
 Nempe bonosq;, malosq; ferēs, quam Rector olympi,
 Hac, dixit, vobis erit interdicta, supremo

Pro-

Progenies, Homines, non inficianda parenti.
 Vltcrius spacium medio, Sol altus habebat,
 Hoc subit Eva nemus, quod nulla ceciderat etas,
 Inq; solo, mollis quod iexerat herba, jacebat,
 Suppositamq; manum nivea cervice premebat.
 Lucifer, ut vidit solam & custode vacantem,
 Nunc certe nostras versuto in pectore formas
 Experiamur, ait: non hoc spectacula tempus
 Poscet. & induitur faciem cultumq; colubri.
 Atq; ita pomifero ligno se toruili infert:
 Protinus ac Evam dictis his afflat amicis:
 Eja DEA, auratis humeros projecta capillis,
 Vim Phœbi fugiens, recabas sub tegmine pomi?
 Et prostrata jaces terra? de cespite virgo
 Se levat, & salve numen, me judice, dixit,
 Audiat ipse licet, majus quam Lucifer, olim
 Quem pater omnipotens è cœli mœnibus altis
 Fulmine rumpenti detrussit. ridet, & audit,
 Et sibi præferri se gaudens, talibus infit.
 Nunquid, Diva, tuis arridet vultibus, en hoc
 Dulce genus: quod cum, qui novit cuncta, Creator
 Vaticinos sciret conferre in pectora motus,
 Illo interdixit. cœlum hoc & sidera testor,
 Nec DEus ipse dabit tam certa futura per auras,
 Quamvis omnisciens flammantia templa gubernet,
 Atq; is, qui morsu hac decerpit vivida poma,
 Dixerat, & pomum blando simul ore ministrat.
 Casta premit contrâ, quantum modò femina posset,
 Mandatum Eva DEI. sed qua superare puella
 Lucife-

Luciferum poterat, Satanaq; emergere technis?
 Blandiloquis igitur decepta virago labellis,
 Et jam fatidicum mirata in robore malum,
 Vicit amor, dixit, fatorum arcana sciendi,
 Atq; avido placitos demersit gutture fructus.
 Moxq; viro, celeri pede quem se inferre videbat,
 Partem offert, & Huic quod praescia pectora ligno
 Addita sint, inquit, cur ista, Marite, Supremus
 Invidit nobis? nunc o mea sola voluptas!
 Carpe, cape, & divum pariter sociemur honori.
 Haecenus. & dictis persuaviter oscula jungit.
 At juvenis, postquam extremo cibus ore resedit,
 Sensit adesse dolum, & suspiria primus ab imis
 Pectoribus ducens, lacrymis ita fatur obortis:
 O dilecta mihi conjunx! o pulchra virago!
 Quam commune genus, quam vox mihi magna Tonantis,
 Deinde thorus junxit; nunc ipsa pericula jungunt:
 Quam Sol manè oritur, quam vespere conditur undis,
 Nos duo turba sumus: quos; postquam dextera summi
 Artificis, quodcumq; vides, terramq; polumq;
 Condidit; è rubro formavit pulvere glebae,
 Diaq; justitia & virtutum semina nobis
 Indidit, ut sanctus populus sanctiq; ministri
 Essemus, quibus in staret pia cura Parentis.
 Nec minus, ut nostri flammis sentiret amoris,
 Edixit legem, vetitos super arbore fructus.
 Hanc fuerat fas servari. sed Daemonis astus
 Imposuit nobis, anguis sub imagine blanda.
 Pro DEus, & Numen residens super aethere caeli?

Quand

Quanta meos terrent sensus nunc vulnera ? quanta
 (Horresco referens) invadunt monstra misellam
 Mentem ? quisnè tremor gelidos hos imbuit artus ?
 Suntnè hi vaticino concepti in corde furores ?
 Hisnè adyris animum nostrum quatis augur Apollo ?
 Vestitu nudum quod utrumq; videmus uterq; ?
 Nec satis hoc : videor modò talia cernere Mundi
 Tempora, fraterno cum sanguine dextra calescet,
 Et toto impietas dominabitur orbe furenter.
 Parva queror, quin hæc vitæ fiducia nostræ
 Non certa est : nec opem miseris qui conferat usquã
 Extat, sicnè genus nostrum, cæloq; propago
 Condita, sicnè ferent te in seram Oracula mortem ?
 Mortem ; ubi Tisiphone ultrici succincta flagello
 Eumenides quatit insultans, lavaq; colubros
 Intentat vigiles Vmbris ; habitatq; sub altis
 Pectoribus, nec dat fibris impexa quietem.
 Non fuerant artes tanti, quis numinis iram
 Contrahimus nobis, mallem nescisse futura.
 Dixerat, & toto trepidabant corpore membra,
 Haud aliter, veluti densis in montibus arbor,
 Vndiq; ventorum sævis quassata procellis,
 Hæc nutat, cunctasq; movet cum robore frondes.
 At fletu concussa Viri, subito, Eva, dolore
 Sternitur, & toto procumbit corpore terra.
 Nec secus illa stupet, quàm cum Iovis ignibus ictus
 Vivit, & ipse suam se nescit vivere vitam.

Atq; ea diversa penitus dum parte geruntur ;
 Iamq; , quod in nostros sua spicula miserat anguis,

Regia Plutonis læta est Acheronte sub imo
 Jamq̄, quod insidiis Satana sit captus, Adamus
 Ingemit, & casum lacrymis deplorat acerbis.
 Jamq̄, mare & tellus, elementaq̄, flammea mundi,
 Primos accusant ita defecisse Parentes.

Tempus erat, quod subjectis Solem excipit undis,
 Oceaniq̄, imo Phœbum sub flumine tingit;
 Cùm pater Omnipotens, Paradisi in vallibus errans,
 In varios traheret justissima pectora motus.
 Nec dum etiam causse irarum, præfractaq̄, colla
 Luciferi exciderant. manet alta mente repostum
 Grande supercilium, spreti q̄, injuria Nati.
 Tantum igitur scelus aeterno sub corde revolvens,
 In melius conferre cupit, quam subdolos anguis,
 Humanam gentem, stygio submerserat Orco.
 Nec mora, ubi exanimem blandè vocitasset Adamũ,
 Justa, refert, tibi sit tanto pro crimine pœna,
 Teque tuosq̄, istud concludet mille periclis
 Malum; magnorum Malum Pandora malorum.
 Sed ne vos maneat tristis descensus Averni,
 Sancta viam invenit Pietas: volventibus annis
 En mea progenies cœlo labetur ab alto,
 Ipsaq̄, naturam miro cum fœdere vestram
 Assumet. Tu Nate, truces, Invicte, Sorores,
 Peccatumq̄, Necemq̄, feres; tu flammea Victor
 Corpora mactabis, vastumq̄, in rupe Leonem.
 Te natum horrebit Pluto, te janitor Orci,
 Te stygij horrebunt luci, cœcæq̄, Paludes.
 Nec te ulla facies, non dira vincula mortis


Terre.

Terrebunt, nec qui temet mordebit Avernus.
Dixerat. atq; addit medicamina dulcia dictis.

Hæc igitur, multis jam pridem optata Prophetis,
Lata dies venit, quâ vera propago Parentis,
Aërci rutilo descendit vertice cæli,
Et nostros, sine peccato tamen, induit artus.
O felix genus humanum, quod te Patre natum
Numen habet fratrem! quàm terq; quaterq; beatos
Mortales, quis prolem etiam pro munere donat
Ipse DEUS, miserosq; iterum sic reddit Olympo!
Hinc te, CHRISTE DEUS, nostram de virgine massans
Qui tibi sumpsisti, celebramus pectore toto.
Te quoq; propterea flammantia sidera laudant,
Angelicusq; chorus pangit tibi carminis hymnos.

Eterno genitore satus præsepia dura
Non renuit. quin ut sævo nos eximat antro,
Progenies divina patris servilia forma
Fata subit. pietas Musis & Apolline digna!
Quem neq; quâ totum pelagus circumsonat orbem,
Continet; en Maria hunc arctissima scrinia claudunt.
Qui rerum solus Dominus moderatur habenas,
Pauper is his nostris successit sedibus hospes.
Nullum hinc ergo modum, nec finem habitura caducam
Læx oritur, toti mundo dans luminis usum:
Quaq; etiam, tardus cum vertit plaustra Bootes,
Splendet, & hoc prolem nos reddit lumine lucis.
Divino equalis, soboles divina, Parenti,
Ingrati mundi crudelia recta subivit,

Ex hujus vita misera ut convalle reportans
 Nos beet. inq̄, poli fulgentem colloceat aulam.
 Salve vera DEI proles, decus addite nobis!
 Salve! marcentis quem Iesse vivida virga
 Protrudit. tuq̄, ð nostros miserate labores,
 NATE Dei! inter nos serva tua sacra, tuiq̄,
 Pura ministerij mysteria. comprime pestes.
 Quodq̄, Lycus, quod trux Tanais, quod perfidus Ister
 In nostras acuit cervices, contere ferrum.
 Ipse etiam Romanam Aquilam, sanctumq̄, Senatum
 Imperij, Proceresq̄, Aquila fidißima fulcra,
 Alis, CHRiste, tuis propugna. protege nostram
 Hanc Urbem. tege Bucephalus qua Templä benignè
 Quas Scholas nutrit. cumprimis ðESTORA magnus,
 VLRICUM, patriq̄, Patrem Varniq̄, Parentem,
 Heroasq̄, Herulos serva, defende, gubernä:
 Donec monstrum illud Mortis superare triforme
 Fas sit, & ad portum, Duce te, penetrare salutis:
 Portum, ubi grata pio Libertas ore venidet,
 Cælicaq̄, æternum divinas atria laudes
 Ingeminant, factisq̄, tuis polus intonat omnis.



Ad MARTINVM BRA-
 SCHIVM Poëtam & Orato-
 rem CL.

MAscula virginis habeant plus oscula mellis,
 Vel par sit gustus, quaris, uterq̄, Patri?

An non

An non sola tibi sapiunt sponso oscula sponsæ?
 Post etiam sapient mascula, crede, Patri.
 Pectore proveniunt nati: de pectore nata
 Descendunt: unum est cor in utrosq, Patri.



In Symbolum DANIELIS
 CRAMERI S. S. Theo-
 logie D.

Domini Doctrina coronat:
 cum anagramm. nominis


Doctor Daniel Cramerus

1672.

An dilectus? corde armor.

Non mihi jam dubiam turbat sententia mentem,
 ANne ego DILEctus sim, placeamq, DEO.
 Corde deum sector, CORDE ARMOR speq, fideq,
 Corde DEum quero, corde Deum cupio.
 Atq, id quod sector, quo armor, quod quero voloq,
 Hoc doceo, solo hoc mi tribuente Deo:
 Hoc decus omne meum est! mea gloria! ferta parabis
 Ergo mihi omnipotens Angelus ille Dei,
 Haud moritura unquam: Domini Doctrina co-
 ronatus;
 Est Domini verbum sola corona piis.

In Sym-


In Symbolum
BALTHASARIS EXNERI
P. C.
 Spero meliora.

Ergo, quid curis, lassate Exnere, reponis?
 Spero meliora.


At si spem fallat spes subdola, quidnè reponis?
 Spero meliora.

Maeste! polo seu fors quaecunq, sit intonet alto,
 Speras meliora.

Maeste! solo sortis seu quæ se nubila tollant,
 Speras meliora.

Sic nauta, intumeant Zephyris ubi vela nocivis,
 Sperat meliora.

Sic cursor, madidus cum Jupiter obstat eunti,
 Sperat meliora.


Ad
M. PETRVM BAMBANIUM
P. C.

BAmbani decus Eusebicus, Pietatis ocelle,
 Flos Charitum, & lauru condecorate caput.
 A te quam nobis magni pia cura Chytræi
 Reddidit, apprimè littera grata fuit.

Namq,

Namq̄, tuam est in me mentem testata benignam,
Ostenditq̄, mei quod memor esse velis.

Est res thesauro longè preciosior omni “
Vir, quem condecorant cum pietate fides. “

Te decus ob præstans vatuum Rex, ille Melissus
Secernit populo, scutigerumq̄, facit.

Te decus ob præstans summo est complexus amore,
Dum terris voluit, Posthicus, esse super:

Posthicus ingenio & famâ super æthera notus:
Corpore nunc urnæ portio parva sacre.

Te bonus omnis amat, te Braschius atque Chy-
træus:

Utq̄, colant caussa est omnibus una, Fides.

Me quoq̄, quod tantis, Bambami, jungis amicum
Gaudeo, nec te spes fallat, amice, tua.

At quia rus habitat, tuus est incultus Apollo?
Non quia rus colimus rustica turba sumus.

Parnassi arrident doctis ante omnia montes:
Cum Musis sylvas Phœbus Apollo colit.

Inter Hamadryadas Venusinus suavia ludit:
Secessum, meditans carmina, Naso cupit.

Tu molles avium cantus, atq̄, inter opacas,
Bambami, frondes, nobile pangis opus.

Ergo tibi pridem doctum germanus Apollo
Incinxit lauru, candide Petre, caput.

Ergo tuæ oblectant Musæ Braschjumq̄, Chytraumq̄,
Et me, si tantis annumerandus ero.

Nos strepitus inter si quid currusq̄, gementes
Pangimus, id rapiunt marmura, plaustra, rota.

Plura

Plura tibi nostro, Bambani, nomine coram,
Quam mitto, referet pagina viva. vale.

Postidie Bartholomæi anni 1597.



Ad Momum.

Melle placet condita Venus, suadelaq, melle:
Mel dulce est: plenum numine dulce melos.
Lactæ placet permixta Venus, suadelaq, lacte,
Lac niveum: niveū est, quod benè splendet, opus.
Non mel, lac tibi non in carmine, Mome, probantur
Nostro: nī facias, non benè Momus eris.
Nec placeant, fac sint incomta, incondita nostra,
Comtule Mome tibi: jam benè Momus eris.
Si scires, quanti facerem te comtule Mome,
Comtior hinc teipso, comtule Mome, fores.





O pater, o dulcis genitor.
Ipsa ego & hac tota e
Quis me præceptis augeb
Quis mihi erit ? tutor
Heu mortem indignam !
Proles deflerem funera
Dum memori herebunt a
Prorumpent oculis flu
Et memori herebunt ani
Donec & hoc cælo per
D. Non est, cur tantis, Socer
Cur deploretis funera
Est Deus : is Socero bacu
Is pater Vxorî, tutor
Est Deus : huic toto fas e
Cura ipsi est viduo s
Hanc ceu pupillam defen
Certior haud vobis q
Hec animo vestro volvi
Est tandem vobis tri
Vivere qui cepit, simul in
Qui moritur, tandem
Viq̃ benè excessit, vitan
Vivere, qua non est v
Ergo pio lucrum mors es
Quæ mala, si parcat :
Sic totus jungar socero,
Supremum incendet o

16




Image Engineering Scan Reference Chart TEX83 Serial No. 076

77
uo
a!
imor?
parentis,
rentis,
ntis,
proles,
en.
:
m,
t.
a
men
phi est
t :
m.
Is